






CHRIS[illegible] Autor,
[illegible]rum,
Dum [illegible] eius esto
[illegible] liber!

1.

Notandum ex hoc libro

de Melanchtone pag. -- 215
quod sit Sacramentarius
de Brentio quod iis etiam
in nonnullis faveret 220.



D. O. M. A. E. C.

Disputatio XVII.

COLLEGII CORPORIS DOctrinæ Prutenicarum Ecclesiarum,

Eaq; Ordine Tertia.

DE MINISTERII ECCLESIASTICI AXIOMATIBVS, ET ADJUNCTIS.

SVB PRÆSIDIO

COELESTINI MISLENTÆ, SS. Th. D. eiusdem, ut & Hebr. lingvæ Profess. Ordinar. Consistorii Sambiens. assessoris.

RESPONDENTE

Friderico Zwicker Dantiscano.

Publicè in Auditorio Majori 15. Augusti habenda.

REGIOMONTI,

Typis Laurentii Segebadii, Anno 1625.

Reverendo Doctißimis Præstantißimis atq; spectatißimis

VIRIS.

Dn. FRIDERICO Zwicker
Dn. FRIDERICO Pein
Dn. REINHOLDO von Möllen
Dn. JOACHIMO Hacken
Dn. GEORGIO Stamberger

Illi Ecclesiæ Bartholomæitanæ apud Dantiscanos Pastori vigilantissimo, Parenti dilectissimo;

His apud eosdem civibus primariis, mercatoribus florentißimis.

Pariter &

Doctrinâ, pietate & humanitate præstanti Viro - Iuveni

Dn. FRIDERICO TAUTEN
Patricio Dantiscano ornatissimo.

UT ET

Honesto atq; integerrimo Viro

Dn. FRIDERICO Clawitter
Civi apud Gedanenses florenti

Fautoribus ac promotoribus rei literariæ omni observantiâ perpetuò honorandis

Hanc disputationem Theologicam offert, Sacrat,

Fridericus Zwicker / Iunior



Disputatio XVII.

DE MINISTERII ECCLESIASTICI AXIOMATIBUS, ET ADJUNCTIS.

Respondente

FRIDERICO Zwicker / Dantiscano.

Continuatio.



Expeditis hactenus Sacro-S. Ministerii Caussis in membro præcedent. III. jam nos accingimus ad Contemplationem Axiomatum, & Adjunctorum ejusdem; acturi simul de erroribus vetustis, & renovatis, sub finem præsentis Disputationis.

De Quarto.

Ubi Axiomata de Ministerio Ecclesiastico Generalia.

1. *Ministerium Ecclesiæ est necessarium, utile,*

 & digni-

& dignißimum præ omnibus aliis statibus. *Necessarium* quidem ob divinam *ordinationem* in negotio salutis conferendæ hominibus 1. Cor. 1. *v.* 21. 1. *Timot.* 4. *v. ult.* Rom. 10. *v.* 14. *Ephes.* 4. *v.* 11. ubi intelligitur necessitas *hypothetica* ob divinam εὐδοκίαν.

Vtile ob effectus multiplices, quos Ministerium præstat: v. g. ut sunt *illuminatio, conversio, reconciliatio* cum Deo, Spiritus S. *collatio; justificatio, & Salvatio* Luc. 1. v. 16. Act. 26. v. 18. 2. Cor. 5. v. 20. Matth. 5. v. 14. Gal. 3. v. 2. 1. Timoth. 4. v. 16.

Dignißimum 1. ob *auctorem* ipsum Deum: 2. ob *materiam* occupationis, videlicet, *mysteria divina*: 3. *ob Formam* ordinis, ad quem spectat *Christus* cum omnibus *Patriarchis, Prophetis, Apostolis, & omnibus* Ecclesiæ sinceris *doctoribus*. 4. *ob effectus* divinos, & supernaturales; & 5. deniq; *ob finem* divinum: vide singulorum membrorum diductionem apud Dn. Gerhard. *Tom.* 6. *in præfat. p.* 3. 4. *&* 5. Hoc sensu B. *Lutherus* statum Ecclesiasticum non dubitavit præferre cuivis statui, vel eminentissimo, in universo mundo: **GOtt ist mehr gelegen an einem frommen Pfarhern / weder an aller Obrigkeit in der gantzen Welt: denn derselben Ambt dienet jhm nicht zu seinem Himmelreich / wie das Pfarambt thut.** *Tom. 8. f. 188.* Huc pertinet

Effatum

Effatum *Dn. Morlini* : Es muß mir N. vnd alle TeuffelsTeuffell wieder allen willen dennoch das lassen : das der Keyser gegen dem armesten Dorff-Pfarhern nit mehr denn ein Schütz/ vnd Schülerchen ist/ vnd sein soll.

§. 2. Porrò dignitas Ministerii *dupliciter* considerari potest : *primò* in comparatione ad *alios ordines*, videlicet, *Politicum*, & *Oeconomicum*, & sic dignitatem Ministerii modò consideravimus : *Deinde*, respectu habito Ordinum, & graduum diversorum in statu Ecclesiastico : & sic honorem, ac dignitatem omnibus *Ecclesiæ ministris Spiritus S. æqualem tribuit* : in quocunq; tandem gradu pro Ecclesiæ salute laborent: 1. Quia omnes *duplici* honore digni ex æquo à Spiritu S. judicantur 1. *Timoth. 5. v.* 17. qui modò laborant in verbo, & doctrina, sive hoc fiat *coram plebe* in templis; sive *coram Doctis, in Academiâ* : Confer 1. *Thess.* 5. v. 12. *Honoris a. exhibitio* consistit erga presbyteros, & Ecclesiæ Doctores (1.) in *doctrinæ* eorum *receptione*, & *æstimatione*, Joh. 10. v. 4. (2.) in obedientiæ *præstatione* Hebr. 13. v. 17. (3.) in bonorum suorum *communicatione* docentibus, Gal. 6. v. 6. honestâ *sustentatione*, & *provisione* quà *victum*, quà *domicilium* 1. Cor. 9. v. 14. (4.) in *modestiæ*, *humanitatis*, & *pacifici*

animi *declaratione* 1. Theſſ. 5. v. 13. (5.) in *injuriarum, & oppreßionum* ab ipſis amolitione, & averruncatione, ut cum gaudio officium ſuum faciant, & non gementes: nam id inutile eſt contrarium attentantibus: utpote, Eccleſiæ *doctores prementibus, perſequentibus, obtrectantibus*; & aliis *neceſſariis*, quæ ad *victum, ſuſtentationem, & domicilium* pertinent, eos *privantibus*. 2. Quia *omnibus tituli honorarij* ex æquo competunt: de quibus membro primo. 3. Quia omnium *efficacia eſt eadem*, de qua ſuprà.

§. 3. Quodſi ſecum hodiè expenderent quidam hodierni Pſeudopolitici: Miniſtros, & Doctores Eccleſiæ longè aliter exciperent, quàm quidem ab eis fieri, proh dolor! multi conqueruntur: quorum *pleriq;* inſtar mancipiorum, & mundi propudiorum à præfectis *politicis* tractantur; (man machet ſie für Flegel vnd Schlingel aus) *verberibus, & plagis* affliguntur: interea ne muſſitare quidem alterâ parte audente; contra edictum divinum: qui vos contemnit, me contemnit: Luc. 10. v. 16. qui vos tangit; tangit pupillam oculi mei. Zach. 2. item: nolite tangere unctos meos; &c. *pleriq;* criminationes, & exagitationes incurrunt ob profeſſionem veritatis, cùm tamen nihil poſſint contra veritatem; ſed pro veritate 2. Cor. 13. v. 8. *quidam* negliguntur, & ædes ruinoſas, ac deſolatas incolere coguntur, nec ad momentum quidem ſe-

curè

curè in iis perdurare valentes: *quibusdam insuper habitaculum honestem* minime indulgetur; sed illud Apostolicum ἀστατοῦμεν (incertis sedibus vagamur, & erramus) humeris eorum imponitur, qui duplici honore digni sunt. (*sanè digni sunt!* inquit Lutherus, *sed ubi? apud Deum; apud mundum verò gladio, cruce, inferno, aut siquid est tristius super* Gen. c. 45.) contra Christi dispositionem, *Luc.* 10. *v.* 7. & *Matth.* 10. *v.* 40. Qui vos recipit, me recipit: & qui me recipit, recipit eum, qui misit me Ioh. c. 10. *v.* 20. & nolite de domo in Domum transire aliam. Quid verò heîc afflictis faciendum? sanè illud Salvatoris usurpandum: Hoc *sciatote, quod appropinquavit ad vos regnum* Dei: *veruntamen* Tyro, & *Sidoni remißius erit in judicio, quam vobis*: Luc. 10. v. 11. & 14.

II. *Ministerium Ecclesiæ est omnium gravißimum, difficillimum, & periculosißimum*; In quam sententiam B. *Lutherus* Tom. 5. Jenen. f. 358. in Epistolâ quadam parænetica copiosè disserit: ubi etiam vide; & *in Postil. concion.* Dom. 23. *Trinit.* sic scribit: *Quantò summum cœlum distat ab infimâ terrâ; tantò gravius & periculosius est Ministerium Ecclesiasticum, quàm regimen politicum*: Hinc D. *Bernhard.* *Ministerium ipsis Angelicis humeris tremendum* rectè pronunciavit. *serm.* 2. *Ascens.*

III. *In omni Ministro Ecclesiæ requiritur* 1. φιλοπονία, *laborandi studium*; 2. ἀγάπη,

 dile-

dilectio, & humanitas; 3. πίστις, *fidelitas*; 4. ὑπομονὴ, *patientia; perseverantia, & constantia in adversis.* Complexus hæc requisita est Spiritus S. *Apoc.* 2. *v.* 19. Novi opera tua, & caritatem, & ministerium, & fidem, & patientiam tuam &c. Adumbravit eadem etiam *in* V. T. *Ezech.* 1. *laboriositatem* quidem imagine *bovis*, explicante Paulo 1. *Tim.* 5. *v.* 18. 2. *caritatem* verò, ita ut ex sincero Dei, & auditorum amore omnia proficiscantur, *facie humanâ*; 3. *fidelitatem*, & fidem, forma *aquilæ*, quâ innuitur, non proponendas esse humanas traditiones, aut Philosophicas speculationes; sed *cælestem doctrinam*: 4. *fortitudinem*, & tolerantiam in periculis, & adversis, specie *leoninâ*: uti eleganter explicat venerandus admodùm, & celeberrimus Theologus D*n*. D. *Winckelm. super c.* 4. *Apoc.* & cum eo Dn. *Gerhard. Aphor. pract. p.* 284. (qui etiam aliam harum formarum suppeditat interpretationem, ibid.)

IV. *Ministerium Ecclesiæ durabit usq; ad finem seculi*; vigore promissionis divinæ *Matth.* 28. *v.* 20. 1. *Cor.* 11. *v.* 26. *Eph.* 4. *vers.* 12. 13. *Confer Esa.* 59. *v.* 21. 1. *Cor.* 15. *v.* 25. 26. 27. Est enim propter Ecclesiæ militantis collectionem institutum: completo autem Electorum numero, Deus finem seculo huic imponet, Ecclesiamq; suam in æternam beatitudinem ad se transferet: ubi non opus erit

ministe

ministerii præconio; & administratione Sacramentorum; sed sublatis omnibus externis adminiculis *fidei, & spei*, Deus erit omnia in omnibus: postquàm tradiderit Filius Dei Patri suo regnum, his in terris per Ministerium gubernatum 1. Cor. c. 15.

V. *Ministerium Ecclesiasticum non conservatur, nec propagatur successione aliqua locali, & externâ, sed spirituali, per sinceram doctrinam.* Est enim Ministerium Regimen, non mundanum aut *politicum*; sed *spirituale*: idcircò non exigit successionem *externam*, eamq; ad *certam sedem* alligatam, vel restrictam: maximè cùm sit Ecclesiæ non *certo loco* alligatæ; sed *Catholicæ*, adeoq; attenditur heîc successio doctrinæ Apostolicæ; non verò *certæ sedis*. Hinc successio Ministrorum non poterit esse *naturalis*, vel *Monarchica*; sed *mystica*, eaq; *Aristocratica*.

VI. *Ministri Ecclesiæ semper tentationibus, & persecutionibus sunt expositi.* His quidem partim *intùs*: partim *forinsecus*: *Intrinsecus* tum à *falsis fratribus*, Hypocritis, & imimicitiam artificiosè voluntate signi occultantibus; *tùm* ab *ingratis* hominibus quamplurimis: *Extrinsecùs* verò à *Tyrannis*, vel *Secularibus*: iisq; etiam vel per *directum*, vel *indirectum* processum, persecutiones intentantibus. Qua de re extat querela B. *Lutheri* Tom. 5. Jenens. f. 361. *in Epistola exaratâ ad omnes Christianos*: Zu N. vnter den falschen brüdern & alia

 ibid.

ibid. fol. 266. Neq; n. *aliam* fortunam discipulis suis Christus pollicitus est, *Matth.* 10. *v.*22. neque *diversam* præfiguravit Zach. 6. *v.* 1. in Quadrigis introductis: quarum explicationem vide apud *Dn. Balduin*: *Comment. &* Dn. Gerhard. *aphor.* 2. *pract. p.* 284. 285. Neque *aliam* ipsemet perpessus est, Nec deniq; *meliorem* experti sunt Christi discipuli, 2. *Cor.* 4. *v.* 8. 9. 10. 11. Ast nec Pressores & persecutores inulti omninò abibunt ex judicio divino; Dann Sie sind Gottes Feind (inquit Lutherus d. l.) so ist Gott ihr Feind/ dafür will Ich Sie auch halten. Nun sind sie eben damit gnug gestraffe/ das Gott ihr Feind ist: Denn Sie haben einen grossen schweren Feind/ den Sie jetzt troßlich verachten: aber zu seiner zeit redlich fühlen werden.

Deinde, quod Ministri Ecclesiæ *tentationibus* subjaceant, à Satanâ, propriâ carne, & mundo illatis, testatur praxis priscorum, & modernorum temporum: idq; ad *Christi* exemplum, Matth. 4. *Petri*, & aliorum *Apostolorum* Matth. 26. Luc. 22. Quâ de re Testimonium Lutheri vide in *Conc.* 12. *Matthes. & Tom. Luther.* 2. *& Tom.* 3. *Ienens.*

De Quinto.

Considerabimus etiam *Adjuncta* Ministrorum

strorum

ſtrorum Eccleſiæ; non tamen omnia; ſed potiora, & in ſuperioribus intermiſsa; ceu ſunt 1. Miniſtrorum Eccleſiæ *virtutes*, ratione *vitæ publicæ* & ſtatus *privati* 2. *præmia* 3. *Mutatio* localis officii: 4. *Remotio*.

De virtutibus.

Ratione vitæ publicæ: In Miniſtro Eccleſiæ ſpectantur Virtutes tùm *communes* cum aliis Chriſtianis; juxta quas quivis Eccleſiæ Miniſter ut Chriſtianus conſideratur, ut ſunt *pietas, fides, ſpes, tolerantia, laborioſitas, caritas, manſuetudo, benignitas, modeſtia, continentia* &c. ex Gal. c. 5. v. 23. tùm *peculiares* ordini Eccleſiaſtico, quas præſcripſit Apoſtolus 1. *Tim.* 3. *v.* 2. 3. ut ſunt 1. *prudentia*; 2. *modeſtia*; 3. *ornatus*; 4. *Hoſpitalitas*; 5. animus *ſuâ ſorte contentus*, vel αὐτάρκεια (à quâ exulare debet 1. φιλαργυρία, *pecuniæ ſtudium*; 2. ars omnis *ſordida manuaria*, quæſtus faciendi gratiâ; 3. *cauponaria*: 4. *nimium* rei familiaris ſtudium, circa agriculturam; vel rem pecuariam occupatum; 5. *uſuræ* contractus) 6. *Concordiæ*, & pacis ſtudium. Singulas haſce virtutes fuſiùs explicavit Dn. *Balduin. tractat. de inſtitut. Miniſtrorum c.* 25. p. 264. & *ſeqv.* & Dn. Gerhard. *Loc. de Miniſter.* §. 276. *ſeqv.*

Ratione vitæ *privatæ*, h. e. quatenus Miniſtri Eccleſiæ conſiderantur, ut *Oeconomi*, nec non ceu *Vxorati*: & ſic injungitur ipſis

1. Guber-

1. *Gubernatio* disciplinæ domesticæ; 2. *tranquillitas* in Conjugio; 3. liberorum recta *educatio*; 4. *Sobrietas*; & 5. *temperantia* 1. *Tim.* 3. *v.* 3. 4. 5. *Tit.* 1. *vers.* 6. 8. vide explicat. apud Dn. Balduin. *d.l.c.*26.*p.*280. Dn. Gerhard. *d. l.*

De Præmiis.

§. 1. Præmia Ministris Ecclesiæ ex dispositione divinâ *duplicis* generis sunt destinata; *Temporalia* videlicet, & *Ecclesiastica*; *præsentia*, & *futura*; *momentanea*, vel *transeuntia*, & *æterna*.

2. *Temporalia* præmia, quæ Deus Ministris suis designavit, quæq; ab Ecclesiæ membris, citra *ullam tergiversationem*, & *hypocrisin* præstari vult, sunt seqventia; 1. *Reverentia* erga Ministros Ecclesiæ, vel *Honor* & *observantia*: sunt autem omnes presbyteri duplici honore digni 1. *Timoth.* 5. *v.* 17. quicunq; laborant ex bono Ecclesiæ in verbo, & Doctrinâ; quiq; Ecclesiæ præsunt *Hebr.* 13. *v.* 17. *adeoq; sive in templis*, *sive in Academiis docent*. Porrò Reverentia illa declaratur non tàm *verbis*, & *gestibus*; quàm *factis*, consistens 1. in *obsequio dictis* sive adhortatoriis; sive dehortatoriis Ministrorum præstando; 2. in *declaratione benevolentiæ*, *humanitatis*, favoris, & amoris erga Ecclesiæ Ministros, ceu suos regentes spirituales, Duces, præpositos, patres in Domino,

à qui-

à quibus per Evangelium gignuntur 1. *Cor.* 4. *v.* 15. *Gal.* 4. *v.* 19. Ejusmodi observantiam, favorem & amorem Paulo à Galatis fuisse exhibitam, ipsemet testatur d. l. c. 5. ubi simul eos hoc nomine beatos prædicat: *Me*, inquiens v. 14. *veluti Angelum Dei suscepistis; veluti Christum Iesum: Quæ est igitur beatitudo vestra? testimonium n. reddo vobis, quod si potuissetis, oculos vestros effossos dedissetis mihi.* Quodsi nunc Apostolus redivivus exserto capite mores hujus seculi erga doctores, & ministros Ecclesiæ aspiceret: longè aliud testimonium hominibus ingratis, quippe *sinceros Theologos*, non veluti Angelos suscipientibus; (multo minus velut Christum Jesum) sed ut mancipia, mundi propudia, & homunciones abjectissimos excipientibus diceret; tantùm abest, ut eos favore, & benevolentiâ dignentur; multo minùs, ut oculos suos effodiant, declarandæ benevolentiæ studio; *sed ipsimet Theologis, si quid bono titulo tenent, & possident, eripiant, ad seq; rapiant.* Quâ de re B. *Lutherus* suo jam tempore graviter conquestus fuit super Gen. c. 21. his verbis: *Sed quid faciunt* Nobiles, *cives, & rustici? Nonne conspirant quasi in odium Ministerii? Sic Diabolus excitat membra sua contra pios: id quod statim in paradiso cœpit.* Et paulò pòst: Habemus n. *hodiè nos quoq; nostros Picholitas, qui invidiâ, & odio contra Ecclesiarum ministros ardent, & omnes vias obstruunt, quibus nos*

crescere

crescere posse judicant. Hoc enim ipsorum verbum est, *sufficere victum, & amictum* Rock vnd Kropff/ & *propter multas caussas cavendum, ne ditescant Ministri Ecclesiarum*. Hactenus *Lutherus*. An verò id est honorem, & reverentiam Theologis, & ministris Ecclesiæ exhibere? Longè sanè diversum ex divinâ Ordinatione percepimus & jam percipiemus.

II. Itaq; ex divina dispositione quod Ministris Ecclesiæ debetur, ut & omnibus pro salute Ecclesiæ laborantibus, & vigilantibus, sive in *populari* cœtu auditorum, sive in *doctâ multitudine* Academica verbum Dei docentibus explicantibus, & contra hæreses propugnantibus; præmium est *honesta sustentatio*, sub quâ comprehenduntur:

Primò provisio de necessario *victu*, & id genus *aliis rem familiarem concernentibus* Luc. 10. v. 7. 1. Cor. 9. 1. 7. 9. 13. 1. Tim. 5. v. 18. qualia sunt 1. in plerisq; Germaniæ Ecclesiis *Decimæ*, præsertim in *Franconia*, & ducatu *Wurtembergico*; 2. Certa *stipendia*, aliàs *salaria* dicta: plerisq; in locis *auctiora*; in plerisq; Ecclesiis verò valdè *tenuia*, nulloq; modo ad honestam sustentationem sufficientia; quæ nec etiamnum augentur; annonæ caritate vires acquirente indies, req; monetaria in peius degenerante. Qua de re extant passim querelæ *B. Lutheri* vide Tom. 7. Jenen. in der Vermahnung an die Pfarhern/ contra usuras

usuras: Bawren / Bürger / Adell / können jhr Korn / vnd arbeit steigern / jhren Pfennig duppeln / oder triplen / Aber die von der Schnur (wie man saget) zehren müssen / die müssen herhalten / vnd sich schinden vnd würgen lassen. Vide & *præfat.* Psal. 2. Tom. 4. ubi sic scribit: *Est sanè nostra conditio, qui servimus Ecclesiæ, & docendi munus sustinemus, admodum exigua, & tenuis; Ferè enim pro labore reportamus præmium, & non solùm contemnimur superbè; sed etiam strenuè esurimus: cum alii & in re benè lautâ sint, & in summo habeantur pretio.* Cur autem stipendia non augeantur religionem sinceram propagantibus? ad hoc respondet B. Lutherus *in colloq. mensal.* sic ajens: Ja viellmehr sollen wir allzumahl drüber klagen / vnd seüfftzen / **das der grosse hauffe von Fürsten / vnd Regenten sich der wahren / rechten / reinen Religion mit ernst nicht annimbt: noch für vnsere Kinder / vnd Nachkommen sorget / welche durch solche Karckheit entweder keine / oder doch die vngelehrtesten Kirchen Regenten / vnd diener werden haben.**

3. *in plerisq;* certi agriculturæ mansi salarii lo-

co Mi-

co Ministris Ecclesiæ deputantur, stipendio valdè *exiguo* destinato: quod quidem salarii genus præsuppositis præsupponendis non in totum reprobatur, si ager destinatus sit *fertilis*, non verò sterilis: uti quidem sæpissimè contingit in multis parochiis; ubi fundi parochiales sunt vel *paludinosi*, vel *arenosi*; unde vix Minister Ecclesię tantum panis conquirit, quo se cum familia annuatim sustentet: 2. si simul *dotalia servitia*, operæ scilicet manuariæ, ac serviles à colonis præstandæ ipsis fuerint confirmatæ; quæ Pastores, & alios ministros labore rusticano sublevare possent, nec à studiis avocare necessum haberent: Etsi enim plures reperiantur, qui ruri degentes studia prorsus negligant: magisq; operis rusticis delectentur; quàm vigiliis: dantur pleriq; tamen conscientiæ suæ rationem habentes, & vocationi benè consulentes: qui avidè, & ferventer studia tractant cum insigni profectu nilq; magis in votis habent, quàm ut onere rustico prorsus subleventur, alioq; pacto, vel *demenso* frumentario, vel commemorato modo per *dotalia servitia* sibi succurrendo sustentarentur. Sæpiùs hoc nomine ad Facultatem nostram scripsit *Pastor Cutteusis* ex tractu Angerburgico Dn. *Iacobus Schinnius*, vir præclarè, & solidè doctus, transmisso nuper simul nobis Opere Theologico egregio, à se in miserabili illà suà conditione, ac inter infinitas mole-

stias

ſtias ruſticanas, concinnato; cupiens à curis ruſticis, quibus ſibi victum parare cogebatur, liberari, ſibiq; alio modo, ſuprà commemorato à ſupremo Magiſtratu proſpici, adeoq; ad ſtudia liberior reddi. Quâ in parte ſi intercesſioni noſtræ locum Magiſtratus relinquere annuiſſet; à pietatis officio nil alienum feciſſet; quo ſimili fermè exemplo alii miniſtri Eccleſiæ ad ſtudium ejusmodi, veluti poſt tergum projectum, cum Zelo perſequendum inflammarentur. Sed pius ille vir, à curis, & miſeriis ſuis morte immaturâ abreptus; æternam jam percipit præmia, longè certiora, & ampliora, immò cum dignitate, & Majeſtate Imperatoriâ haud permutanda. Neq; hoc ceu inconſuetum, aut inuſitatum aliàs æſtimari debet; cum in *Eccleſiis Saxonicis* ſit dudum in vividâ praxi obſervatum; *hodieq;* laudabiliter obſervetur: uti patet ex *conſtitutione Eccleſiaſtica Elect. Saxon. c. 27. in articulis generalibus fol. 349.* Dieweil an Etlichen orten von den Löblichen vorfahren / alten Herrſchafften / oder Collatorn, zu den Pfarren dotales, das iſt / Dienſt / oder Fronleute verordnet / auff das die Pfarrer Leute zu dienſte haben / vnd jhre Gütter deſto geruher / vnd beſſer beſtellen können: ſollen durch jedes orts Obrigkeit / vnnd *viſitatores*, die Leute ermahnet

mahnet werden / solche dienst willig vnd gerne jren treüen Seelsorgern zu leisten etc. Observatur idem quoq; in Ecclesiis *Curlandiæ*, & *Semgalliæ* per omnia. Quæ laudabilis Constitutio utinam in hocce nostro Ducatu antiquitus obtinuisset, aut jam verò tandem obtineret sanè Ordini Ecclesiastico ruri degenti longè meliùs prospectum esset. Quâ in parte laudem immortalem meretur Magnific. & Generos. Dn. *Andreas* von Kreytzen *Archimarschall.* moderator *Prußiæ*: qui hoc pacto, cū *Præfectus esset Fischustensis*, Pastori *Fischustensi* prospectum ivit. Sic sanè constitutioni ac dispositioni providę insuper nostri quondam *Patriæ Patris* Ducis Alberti p. m. satisfieret, in sæpiùs commemorato tractatu von der Bischöfflichen wahl / titul. von der besoldung ſ. wird jhnen gereichet: werden sich auch vnsere Ambtleüte so wol als die vom Adel darnach richten / wo es mangelt / das es in künfftiger zeit müge gebessert / vnd ins werck gesetzet werden. *Et paulò pòst*: Mann solte bedencken / weil ein Pfarherr zu seinen *studiis* alle sein *patrimonium* angewandt / vnd offt / was Er von seinem Weibe bekommen /

men/ darzu zugesetzet: dasselbige seinen Armen künfftigen Würmlein/ vnd Kindern auß dem Munde gezogen/ das es ja zum Ambt desto lustiger machet: wo ein solcher treuer Mensch/ wiederumb an seiner grossen Sorge/ Mühe/ vnd Arbeit zimlichs vnterhalts zugewarten hat: wie man jhnen denselbigen auch ohne das schuldig ist: wir seen Euch das geistliche: ists dan ein groß ding/ so wir Ewer leibliches erndten? sagt der Apostel Paulus 1. Cor. 9. Id quod non ad solos Ecclesiæ præcones; verùm etiam ad Professores Theologos extendendum optimo jure. Nam, uti hi etiam pro totius Ecclesiæ bono, & emolumento vigilant, & laborant: ita mercede suâ defraudari non debent, h. e. honestâ sustentatione sibi sine ullo prætextu debitâ: An verò hodiernâ temporis injuriâ non defraudentur? nemo inficias facilè, nisi bardus & stupidus, iverit; qui modò præsentem seculi faciem cum priscis temporibus, quibus salaria primitùs sunt designata, exactè, aut cordatè saltem contulerit. Nam hocce corrupto seculo vix tanti valent, ad necessariorum comparationem 500. fl. quantum primitùs valuêre 100. rebus ferè omnibus in deterius devenien-

 tibus

tibus, ac valorem constituti salarii vel millies excedentibus; remanente verò pristino antiquitùs destinato stipendio. Quæ res si plurimis gemitus & lacrumas extorqueat sæpiùs; mirum sanè nemini esse debet. Incumbit verò *cura fideli Magistratui ex officio*, juxta quod tenetur esse nutricius Ecclesiæ, hujusq; Ministrorum, providè in ejusmodi difficultate supponere manum benignam, ac effectum dare, ne tàm *præcones* Ecclesiæ; quàm *Professores* imprimis Theologi (utut omnium ratio sit ex æquo habenda) cum gemitu officium suum faciant: hoc n. vergit in exitium temporalium & æternorum bonorum Heb. 13. v. 17. aut verò *Magistratu*, præsertim à *fide orthodoxâ alieno*, manus remittente, & curam sacrorum & Ecclesiæ abjiciente, vel ad minimum postponente; *totius Ecclesiæ* intereſt, rationem illorum habere industriam, qui pro ipsius bono, & salute communi laborant: *Quia illos viros* (verba sunt *Wigandi* anteà citata ex tractat de persecut. p. 256.) hoc est, *Theologiæ Professores* (de his enim loquitur) *utile est conservari, sunt n. quasi* κοινὸν ἀγαθὸν (h. e. commune bonum) & *communi Ecclesiæ serviunt. Ipsorum itaq; amißio commune totius Ecclesiæ damnum est.* Sed quotusquisq; hoc hodiè curat? Ast quali simul eventu? cordatè olim vatidica lingua prædixit toties commemoratus *Princeps noster p. m. loc. cit.* von der besoldung s. Aber

der

der liebe Gott bezahlet vns nach dem gemeinen Sprichwort: Küpffern geldt / Küpfferne Seelmessen / das man für augen siehet / weil man (die Theologos vnd) armen Pfarhern in gemein so kümmerlich helt / vnd je sorge tregt / das sie mehr nicht / dann die Kinder vom Brodt zuessen haben / darumb studiret niemandt was gründtliches / vnnd rechtsinniges: Sondern was arme Leüte sind / die sich sonst nicht zunehren wissen / die studieren obenhin / lehren / das sie selbst nicht viel verstehen / vnd führet ein blinder den andern: damit gehet die reine Lehre dahin / vorgehet vns die zeitliche Nahrung / vnd wollfarth / das Gott seinen Segen entzeücht an allen orten / vnd wir / wie *Haggeus* der Prophet saget / vnser Geldt in einen löchern beüttel legen. *Et §. præced.* Wir solten doch ja nicht aus Gottes Wort allein: sondern täglicher Erfahrung gelernet haben / vnd greiffen / das es war sey / wie der Prophet *Haggeus* saget: Wo den armen Dienern

 Gottes

Gottes jhr gebührlicher Lohn/ vnd verordnetes *deputat* entzogen/ vnd entwand wird: es geschehe auch/ mit was schein (quò pertinet improba-*Moneta; denegatio augmenti*, attenuato salarii antiquitùs constituti, valori, jure optimo debiti: da dan mehr dan die helffte an der alten besoldung entwand vnd entzogen wird) es immermehr wolle: weil Gott sich nicht äffen läst Gal. 6. So giebt es keinen frommen: sondern gewissen schaden/ das solch Gut das ander mit sich hinweg frist. Dan Gott wil mit vns essen/ da ist dencken an verlohren/ alß der Oberste Speisemeister/ Koch/ vnd Keller: Sol Er aber kummer leiden/ vnd nichts haben: So sollen wir auch nichts haben. Eß heist Date, & dabitur vobis: wann der Date auffhöret/ sagt Lutherus: So höret das dabitur auch auff: Also schmachten dan/ vnd leiden noth/ Obern vnd Vnterthanen. Hactenus *Illustrißimi* verba. Ibid. *titul.* Fürnehme Artickel *artic. 4. modum remedendi* ejusmodi oneribus, & gravaminibus in optimâ formâ proponit §. darumb sind

Kastenherren &c. & quidem sub interminatione futuræ pænæ divinæ artic. 5. zu dem / das auch von wegen solches vndancks des Volcks: der fromme Gott erzürnet / das wort wiederumb durch falsche Lehre hinweg nimmet Ose. 9. Amos 8. vnd folgendts auch das Weltliche / vnnd HaußRegiment in einen hauffen wirfft Psal. 82. Matth. 22. Paulò infrâ 5. Darumb sollen auch etc. Dann Gott erhöret solch seüfftzen / vnd klagen / schicket anderley art seiner Diener / vnd Knechte / die verheeren / vnnd verbrennen / würgen / vnd rauben / biß Leib / vnd Seel / mit haab / vnd gut / alles im rauch auffgehet / wie Christus zuvor gesagt Matth. 22. vnd das an seinen Juden / gantzem Asiâ, Græciâ, Italiâ, vnd aller Welt gewaltig bewiesen hat / vnd wir zu vnser zeit in Teütschem Lande für augen gesehen.

Secundò provisio de *honesto habitaculo*: Nam Deus ipsemet omnibus Ministris verbi sui prospectum iri omninò vult non tantùm *victu, & amictu*; verùm etiam *honestâ habitatione*. Sic Filiis Israël præcepit, ut darent Levitis de Pos-

 sessioni-

ſeſſionibus urbes, *ad habitandum*, *& ſuburbana ad jumenta alenda*, Num. 35. v. 23. Joſ. 14. v. 4. Sic *Prophetis* peculiaria habitationis loca erant deputata ad peragendum cultum divinum, ut 1. *Sam. c.* 1. *c.* 19. *c.* 21. 2. Par. 30. *v.* 3. 4. Quinimò *Sacerdotes Ægyptiorum* liberalia habebant habitacula in certâ regionis parte, *Gen.* 47. *v.* 22. Pariter in N. T. proviſio de habitaculis honeſtis pro Eccleſiæ Doctoribus non ut ἀδιάφορον, *ſed ut maximè neceſſarium ex mandato Chriſti injungitur* Matt. 10. v. 40. 41. & quidem ſub interminatione temporalis, & æternæ pœnæ Luc. 9. v. 5. c. 10. v. 10. 11. ubi ſimul *inhibetur migratio de domo in domum, ceu probroſum, & inhoneſtum* Ordini Eccleſiaſtico Luc. 10. v. 7. *Inſuper* accedit *præceptum Apoſtolicum* Gal. 6. v. 6. ut Eccleſia Doctoribus ſuis communicet, non in aliquibus duntaxat, adeoq; ſuſtentationem, quâ victum & amictum concernentibus; ſed *in omnibus*, & ſic etiam in *honeſto habitaculo*.

Atq; talis proviſio nullibi Miniſtris Eccleſiæ jure denegatur: & in *Conſtitutione* pientiſſimi quondam Magiſtratus noſtri, von der Biſchöfflichen Wahl/ extat hac de re *peculiaris titulus* von behauſung der Pfarhern, Quam enormiter transgrediuntur, quotquot Eccleſiæ patroni, aut proviſores; Paſtores, ac Miniſtros Dei, aut in *ruinoſas* domunculas intrudunt; nec de novis extruendis unquàm ſeriò

seriò soliciti sunt; aut in non ruinosas quidem; ast tamen *haris porcorum, & casis subulcorum* non ab similes. Taliter nimirùm Hypocritæ, & Athei isti venerantur Sacrosanctum Ordinem!

Ubi non immeritò quæritur: *nùm provisio de honesto habitaculo etiam ad Theologos Professores extendenda?* cum alioquin constet, usu plerumq; receptum esse, quò Professores sibimet de habitaculis prospiciant, eademq; proprio precio vel comparent; vel conducant; Ubi *affirmativam* omninò tuemur: idq; tùm *in genere*, ratione *omnium Professorum*; tùm *in specie*, ratione *Theologiæ Professorum* in Academiis. *In genere* quidem (1.) quia omnis operarius fidelis est mercede debitâ dignus. Matth. 10. v. 10. Luc. 10. v. 7. 1. Timoth. 5. v. 18. Ergò etiam *habitaculo*, quod sub mercede continetur: hanc n. ad sola stipendia, & salaria restringere contextus non permittit: alioquin etiam quibusvis Ecclesiæ Ministris denegandа essent habitacula, ob designationem certi stipendii, vel salarii. (2.) *à primævis* Academiæ fundationibus, sub piis Imperatoribus, Regibus, ac Ducibus: ubi commoda habitacula pro docentibus simùl extructa esse, Historia perhibet antiquior. (3) ab *hodiernâ* adhuc *experientia*, in multis benè constitutis Rebus publ. & Academiis obtinente: ubi certæ ædes pro Professoribus ad inhabitandum reser-

 vantur:

vantur: præsertim sub Papatu ubivis: ac plerumq; etiam sub *Lutheranis Patronis*: ut *Lipsiæ*, *Argentorati*, *Gissæ*, *Marpurgi &c.* (4.) *ab honesto*, siquidem talis provisio ad commendandam Magistratus *beneficentiam* plurimùm facit. (5.) Professores ad laborum expeditionem *alacres*, & promtiores redderet: sicuti contrâ denegatio habitaculi eos *pertæsos*, & à *studiis* planè *alienos facit*; quorum pleriq; rei familiari nimiùm attenti esse, & nō modò victum; sed etiam habitaculum sibi quærere non sine angustiâ coguntur. Neq; enim eis stipendium omnibus penditur necessariis comparandis sufficiens: hoc imprimis ferreo seculo; quale quidem fortasse ante 50. vel 70. annos magnę quantitatis, & pretii videbatur fuisse: nunc verò vix pro uno quadrante anni sustentationem aliqualem subministrans: & sic quæritur unde domus conducenda? vel unde indumenta? unde ligna paranda? (6.) Neq; ad *dignitatem* Ordinis Professorii facit toties habitaculum mutare (7.) neq; *expedit* sive rei familiari, sive studiis ipsorum: Nam & *temporis* optimi multum emigrationi, vel mutationi isti impenditur; non sine ingenti jacturâ, & postpositione partium ex officio proprio incumbentium: & de re familiari plerumq; non parum *amittitur*, vel ad minimum *distrahitur*, aut *læditur* (8.) Hocipsum insuper exigit *officium* boni *Magistratus*, omnia ad hunc

finem

finem in regimine dirigere, quò inter omnes Reipubl. cives vigeat *communio vitæ laudabilis, & participatio* quantum fieri poteſt, *felicitatis*, adeoq; boni *honeſti, utilis, & jucundi lib. 7. Polit. c. 2. circa fin.* denegatis verò mediis neceſſariis: denegabatur tùm *communio* vitæ laudabilis; tùm *participatio felicitatis*, quæ degenerabit in participationem *miſeriæ*: & ſic loco boni *honeſti* redundabit ad cives Reipub. neglectos, & poſtpoſitos, *probrum, & dedecus*; loco *utilis*; ingens *jactura*, & diſpendium omnis generis: loco *jucundi*, calamitas, & *afflictio*: quam poſtmodùm excipiunt *gemitus & ſuſpiria* ad Deum; ea verò is exaudiendo tandem populo univerſo graviſſimas immittit pænas. (9.) *à minori ad majus*: ſi neceſſarium, ac æquum videtur providere Scholarchis, & Collegis Scholarum trivialium de habitaculis honeſtis, ne quidem paganis Scholis exceptis: Sanè multò magis æquum eſt, rationem habere Profeſſorum Academicorum: alioquin hi deterioris haberentur conditionis: id quod *barbarum, & inhumanum*! Et ita quidem hodiè æſtimari ſolent de facto ab ingrato mundo, & cyclopico ſeculo; Quid verò jam eis faciendum? Equidem illud *pientiſſimi* Ducis *noſtri* quondam in tractat. von der Biſchöfflichen Wahl titul. von der beſoldung der Schuldiener / ſolatii loco uſurpandum:

Vnd

Vnd ist die Welt nicht werth / das sie jhre arbeit erkennen / vielweniger vergleichen solle / vnd bezahlen: solcher hohen werck muß GOTT jhr Lohn vnd belohner selbst sein.

In specie, ratione, Professorum Theologiæ in Academiis docentium; provisio de habitaculo honesto nullo prætextu est deneganda, nec potest quidem.

I. *Iure divino* 1. α quia sunt *æquè Ministri* (1) *Dei*, ejusq; *legati*; *uncti*: (2) verbi Dei, ejusq; *custodes, interpretes, propugnatores, & propagatores*; *dispensatores*; (3) *Ecclesiæ*, ex cujus *bono communi*, atq; adeò salute vigilant, & laborant uti supra sufficienter, & fusè explicatum. Quo igitur jure prospicitur de honesto habitaculo sinceris Ecclesiæ Ministris â Magistratu, & Ecclesia: eodem defraudari non debent in Academiis verbum Dei docentes, ac ex communi Ecclesiæ bono laborantes. Huc applicentur argumenta ab initio hujus membri secundi de habitaculo, debito Ministris Ecclesiæ, allegata ex Num. 35. v. 2. 3. Ios. 14. v. 4. Gen. 47. v. 22. Matth. 10. v. 40. 41. Luc. 9. v. 5. c. 10. v. 7. 10. Gal. 6. v. 6. 2. β. quia *sunt duplici honore digni* æquè ac ii, qui ad plebem concionantur 1. Timot. 5. v. 17. Sin verò defraudantur honesto habitaculo: tunc sanè

non

non honorantur, sed despicatui ac probro habentur: id quod gravissimum peccatum contra ordinationem divinam 3. γ. quia ceu *Duces & præfecti* Ecclesiæ vigilare pro *animabus tenentur non cum gemitu*, sed gaudio; ne aliàs exitium divinitùs immittatur. Hebr. 13. vers. 17. Emphaticus hic Aphorismus cumulum suggerit pro hac sententia argumentorum 1. suppeditat titulus honorificus *ducis*, vel *præfecti*: talis si sit mundanus jure poscit à subditis suis honestam sedem, vel habitationem: quam etiam nullo titulo ei denegare possunt, sed affectu reverentiæ, & honoris ultrò deferunt. Cur verò denegabitur *Ducibus Spiritualibus*, vel *præfectis*, ab iis, qui Spiritualiter illis subesse, & parere tenentur ex ordinatione divinâ, honesta habitatio? 2. officium *strenuum, industrium, & arduum*: tenentur enim vigilare pro animabus Ecclesiæ: Hinc *duplici jure* emergit obligatio Ecclesiæ de prospiciendo honesto vigilibus Spiritualibus habitaculo; *primò* propter officium, quod sustinent, arduum: tenentur n. *perpetuò versari in speculâ* Spirituali; adeoq; intendere omni studio ac curâ, ne aliquâ ex parte Ecclesia quippiam detrimenti capiat: *deinde* propter *sedulam in* hoc officio industriam, noctes atque dies circa Ecclesiæ bonum promovendum occupatam. Magis igitur æquum est, prospicere vigilibus Spiritualibus de commodâ habitatione, quàm

corpo-

corporalibus; vel ex commodo mundano vigilantibus 3. *fidelitas*, ac *judicij divini ratio*: siquidem non solùm vigilare tenenter pro Ecclesiæ animabus; verum etiam fidelitèr, quasi *Deo rationem gravißimam pro iisdem reddituri*; si nimirùm salutem earum neglexerint, vel à falsa, & perversa via ad rectam, & militarem, ac ad cælum ducentem non deduxerint. Æquum igitur omninò est penes reliqua, sustentationem concernentia, ejusmodi ducibus fidelibus honestâ habitatione succurrere. 4. *modus obeundi officii*, qui cum gaudio conjunctus esse jubetur divinitùs: ast denegato vel subtracto habitaculo, ceu necessariâ sustentationis parte; non ampliùs cum gaudio; sed cum *dolore, & mœstitiâ* officium suum facient, vel cum gemitu: id quod multis modis exitiosum Spiritus S. exprobrat & exaggerat.

4. δ. quia Theologi Professores *Spiritualia* (1.) seminant: E. etiam jure carnalia metant oportet ea, quæ ad honestam sustentationem spectant 1. Cor. 9. *vers.* 11. (2.) Si cæteri Ecclesiæ Ministri *potestatis erga Ecclesiæ suæ auditores participes sunt imposcendis jure habitaculis* honestis: cur non *potiùs nos?* ibid. v. 7. (3.) quia Theologi *Professores in sacris operantur*; sacrario ministrant, Evangelium annunciant. E. meritò ex sacris reditibus, & provisionibus & ex Evangelio vivant oportet. ibid. v. 13, 14.

5. ε. ex *parte Magistratus, & Patronorum Ecclesiæ*,

clesiæ, qui debent esse Nutricii Ecclesiæ Esa. 49. 23. E. omnium etiam Ecclesiæ Ministrorum: Debent aperire portas Domino, Psal. 24. 7. h. e. excipere liberalius & honestiùs Ministros Domini.

II. Jure Naturæ *Humano*: quod inculcat Apostolus 1. *Cor*. 9. *v*. 7. unde colligo: Quod Patribus familiâs, militibus, ac pastoribus gregis debetur, id denegari Ecclesiæ Doctoribus non debet, nec potest. Illis autem debentur adminicula honestæ sustentationis, & habitationis. E. eadem Ecclesiæ Doctoribus denegari non debent nec possunt.

III. *Iure Politico*, eoque *publico*; quod quidem imperat Magistratui in Reipub. statu rectè constituto, non modò ad subditorum utilitatem omnia dirigere; verùm etiam *totum corpus Reipubl. curare*, ac providere, ne aliqua pars deseratur, monente Tullio *lib*. 1. *officior*. ex sententia *Platonis*. An verò hâc ratione non deserantur Reipub. membra bono publico inservientia, ex ejusque salute vigilantia, quando honestis habitaculis defraudantur?

IV. *Iure Ecclesiastico*, quod quidem bonorum sacris usibus piè antehac destinatorum inter alia *tertiam portionem ad extruendas, conservandas, & reparandas* ædes sacras, cultui divino, ac *habitationi Theologorum quorumlibet* designatas; impendere injungit: initio hujus rei facto circa Annum *Christi* 470. vide Gelas. *in*

Epist.

Epist. ad Cler. & pleb. Brunduf. quæ citatur *c. Concesso cauf.* 12. Q. 2.

Ast multa heîc in contrarium objiciuntur à Politicis:

I. *Magistratum nullo jure teneri ad largiendum Professoribus liberalem habitationem.*

℟. 1. Jam suprà evidentibus argumentis obtinuimus: id officii Magistratui *jure* incumbere, ut prospiciat omnibus, ex bono publico laborantibus, non solùm de honestâ *sustentatione*, sed etiam *de habitatione* commodâ. Quod verò hodierna praxis diversum testetur id *factum* esse ob temporis injuriam pronunciare non dubitamus; loquimur autem nos de *jure*. 2. Distinguendum est inter *Professores in communi*, & Professores *Theologiæ*; *Illis* si denegetur liberalis habitatio (alioquin per *se debita de jure*) speciosius forsan reperiri posset, quod prætendatur: siquidem ad ordinem Ecclesiasticum propriè non pertinent, neque Ministerii partem aliquo respectu constituunt. Longè verò alia ratio est Doctorum, & *Professorum Theologiæ*: sunt enim & meritò vocantur *Ministri Dei, legati* Domini exercituum Mal. 2. v. 7. *Dispensatores*, & custodes Mysteriorum divinorum, *speculatores, Duces, vigiles, Pastores, Presbyteri*, Hinc etiam dupliei honore æstimandi &c. *Breviter*: *paria* subeunt cum Ecclesiæ præconibus munerum onera, licet non omnes singula expediant: *paria*

subeunt

ſubeunt *titulos*, *pari mercede digni* reputantur *à Deo*; Eccur verò non digni honeſto receptaculo judicandi cum reliquis Eccleſiæ Miniſtris? Audiamus judicium B. Lutheri *Tom. 4. Lat. ſuper c. 10. Matth. Reddent verò rationem Deo Politici, qui Theologis ſubtrahunt, quæ reddi fundata ſunt, (ut ruſtici, nobiles, & cives) ei qui heic dicit: Dignus eſt operarius mercede ſuâ; illi autem fraudant mercede eos, qui digni ſunt. Secundò* nota, quod non tantùm *cibum* operarii approbat; ſed *mercedem*, ſcilicet, quo & alia *neceſſaria* comparari poſſint, quia & *veſtitus, Habitatio*, & alia ſunt *neceſſaria*. Hactenus *Lutherus.*

II. Objectio: *Moris haud eſſe, nec fuiſſe alicubi, ubi Profeſſoribus liberalia habitacula præſtentur.*

R. 1. Morem vitioſum non poſſe præjudicare *juri divino, Naturali, Politico, & Eccleſiaſtico.*

2. Contrarium paulò antè à nobis fuit demonſtratum ab antiquâ, atq; laudabili praxi quarundam Academiarum; quarum Profeſſores Theologi gaudent beneficio honeſtarum habitationum: De ſplendidis *Pontificiorum* Baſilicis, & *Palatiis* nil referemus; ſolùmmodò nominamus ex *Lutheranis* Academiis *Lipſienſem, Argentinenſem, Roſtochienſem*; ubi Profeſſores honorificis excipiuntur habitaculis, idq; gratuitò, Sic pro Theologis *Marpur-*

go Giſſam tranſiturk ædificavit ædes optimas Illuſtriſſimus Haſſiæ Landgravius *Ludovicus*. Ita reſervantur etiamnùm certa ædificia, & habitacula pro Theologiæ Profeſſoribus *Marpurgi*. Sic *Altorfii* à Patronis *Norimbergenſibus* ſancitum eſt; ut jam nil dicam de magnificis ædibus in *Daniâ*, & *Sueciâ*, quas *Profeſſores*, & præſertim Theologiæ, incolere cum cohoneſtamento Ordinis ſui ſolent: nil inſuper commemorabo de praxi ipſorummet *Calvinianorum*, præſertim in *Anglia*; ubi Profeſſoribus Academiarum, *Cantabrigienſis*, & *Oxonienſis* optimè proſpectum eſſe teſtantur omnes illi, quotquot peregrinandi gratiâ, loca illa inviſerunt, & perluſtrarunt.

Inſtam: Negari tamen non poſſe, diverſum in *Germaniæ* Academiis uſuvenire: ubi nec Theologiæ quidem Profeſſoribus liberalia eriguntur habitacula.

R. 1. Non diffitemur; ſed addimus, id *injuriâ temporis introductum* eſſe; de quo tamen B. *Lutherus* paſſim conqueſtus eſt jam ſuo tempore, vehementèr, & addidit, non ſine gemitu: **Mann werde noch an vielen orten das Evangelium aushungern.**

2. *Conditionem* locorum paſſim *eſſe tolerabiliorem* in Germaniâ, ubi Academiæ ſunt fundatæ: ita ut faciliùs vel *comparari*, vel *conduci* poſſint mediocri precio ædes ad habitandum ſatis honeſtæ, & idoneæ; quarum inſuper

Muſæ

Musæa hunc in usum fabrefacta, & elocata valorem facilè adæquare, vel excedere conductitium solent. Contrà res in populosioribus civitatibus est plerumq; cum summâ difficultate conjuncta, exigens simul tantum precii conductitii annuatim, quantum ferè ad aliud sustentationis genus vix sufficienter pendi solet. Non est itaq;, quod quispiam ab exemplo aliarum Academiarum argumentetur, sunt enim hoc quidem respectu prorsus impares, ac dissimiles locorum conditiones.

3. In *plerisq;* Academiis Germaniæ defectum ædium liberalium suppleri solere ex *reditibus annuis Corpori* Academico certis in locis destinatis antiquitus; ut sunt plures villæ, prædia, compita, fundi, sylvæ &c. unde etiam salaria persolvi consueverunt Professoribus à Rectore: in plerisq; reservatos esse *Canonicatus*, hoc est, certos reditus, unà cum *habitaculis* ex donatione munificâ Magistratus collatis, præcipuè Theologiæ Professoribus: quæ, *ceu Deo consecrata inviolata conservantur, nec ad usus profanos transeunt unquam citra Sacrilegij crimen: in plerisq;* insuper reservari repurgatas ædes ex antiquis *Cœnobiis* in gratiam Theologorum Professorum.

III. *Respiciendum est ad primam fundationem Academiæ antiquitus à Patronis institutam: ubi provisio de habitatione Professoribus præstanda liberali, plerumq; deficit, ac subticetur prorsus. E. jure præstari non tenetur.*

R. 1. Juri divino nullius hominis instiтutum quicquam præjudicare, vel derogare, potest, debetve.

2. Fundatio *illa prima concernere tenetur gloriam Dei, & salutem Ecclesiæ, ceu finem genuinum, & Architectonicum*; qui ergo negligat, vel posthabeat media fini illi inservientia, inter quæ etiam jure refertur auctio Professorum in facultate præsertim superiori Theologicâ? aut quomodo illa eadem impediet, denegatione necessariarum sustentationis honestæ partium? quò etiam meritô suo pertinet habitatio commoda.

3. Fundationis *beneficium* non esse *coarctandum*; *sed ampliandum*: id enim facit maximè ad regalium, & Magistratus fundatoris primi amplitudinem, consistentem in dispositione mediorum illorum omnium, quæ ad bonum publicum promovendum pertinent, ac imprimis spirituale, & salutiferum. *Et jus fundationis* (ex jure Patronatus, ac præcipuè Majestatis dispensatorio) *ad successores in Regimine devolutum, non absolvit; sed obligat eosdem ceu Magistratum fidelem, ad officium, & curam benè prospiciendi omnibus, & singulis, ex publico emolumento, & salute communi laborantibus.*

4. Distinguantur tempora, & dubitatio erit nulla quoad præsens negotium, *ab initio fundationis, ut & reformationis* omnia erant adhuc in principiis, nec usq; quaq; ultrò ci-

troq;

troq; expendi accuratè poterant. Quod si verò fundatori alicui primo usq; ad hocce præsens tempus in vivis superesse licuisset; res in disceptationem hunc quidem in modum devenire necessum non haberet: uti quidem hodiè, proh dolor! vocari à Politicis consuevit.

5. Nec tamen insuper *provisio illa inhibetur in fundatione illâ avitâ*; proinde absq; ullo peccato in pios fundatoris manes, ejusq; dispositionem præstari optimè ac piè poterit: præsertim *jure divino, necessitate, & maximâ temporum difficultate id exigente.* Effatum n. illud Salvatoris: *Dignus est operarius mercede suâ, non est in arbitrio nostro positum, num adimpleri, vel intermitti debeat; sed est necessarium, omnibusq; modis, omni tempore, loco, ac in omnibus in verbo Dei, & Doctrinâ laborantibus citra tergiversationem implendum.*

6. Si primæ fundationis ratio hodieq; Sacrosancto loco haberetur à Politicis; certè meliùs prospectum irent omnibus in Ecclesiis & Scholis docentibus, neq; ullo prætextu ea, quæ reddi fundata sunt, facilè subtraherent, uti sunt *salaria*, juxta pristinum valorem pendenda; *ædes, sacris usibus destinatæ, adeoq; ad sustentationem Theologorum extructæ; alij* insuper *reditus Sacri.* Hoccine pacto fundatio prima sanctè observatur, illo a. violatur?

IV. *Esse inauditum ac novum, anteaq; inusitatum*

tum prorsus, *quod Professor quispiam liberali habitaculo unquam esset exceptus*.

R. 1. Rem esse *valdè antiquam* : 2. in Jure *divino*, & *naturæ fundatam*: uti suprà evictum; 3. comprobat hoc quoq; praxis non solùm in *exteris*, sed etiam in hac *Academiâ* nostrâ olim usitata: exemplo *Friderici Staphyli*, non in Ecclesiæ cœtu populari; sed *in Acroaterio Academico professi*, tempore *Osiandri*, & ante ipsius adventum: ille certè multis modis indignus Apostata; honorificâ habitatione eaq; liberali fuit potitus, ut jam de *Stancaro*, *Aurifabro*, & aliis vertumnis honorificè heîc exceptis nil commemorem. Idem probari potest exemplo *Rever.* & *Excell. Dn. D. Pouchenii Profeß. quondam* p. m. & *Pastoris*, *Cneiphovian.* cui cum extra officium Ecclesiasticum viveret; *honestum habitaculum in ædibus Episcopalibus* fuit designatum; in quo sine *ullâ quæstione status*, & tranquillè habitavit, quam diu voluit: & contracto matrimonio prolem procreavit etiamnum superstitem. Idipsum comprobat insuper exemplum D. *Wigandi* p. m. cui honorificum habitaculum; non ut Concionatori (erat enim extra officium Ecclesiasticum ab An. 1573. ad 75.) sed ut Professori Theologo ab Ordinibus Borussiæ præstabatur. 4. Qui ex animo Orthodoxæ religioni addicti essent, hunc scrupulum ipsimet aliis eximere deberent, nec nunc demum Quæstionem status Theologis

movere,

movere, *num eis jure debeatur habitatio?* perinde, ac si quærerent; *num dignus sit operarius mercede sua?* Disceptent verò illi cum nostro *ArchiEpiscopo*, & tentent, nùm possint hanc legem aliquo artificio politico ex Codice Sacrosancto eradere, & citra vulnus conscientiæ irritam reddere; tunc in illorum opinionem aliquo modo concederemus. Atqui, ô homo, tu quis es, qui ex adverso respondes Deo? an oculus tuus malus est, quod ego bonus sim? respondebit in judicio illo magno Rex *Regum*, & *Dominus dominantium*. 5. Siquis Politicorum attentata exactè censere voluerit: certè per quàm plurima *nova*, & *antehac inaudita* facilè deprehenderet; sed quia commemoratu sunt odiosa, eorum conscientiæ examinanda relinquuntur; de quibus etiam Deo gravissimam reddere tenebuntur suo tempore, rationem.

Quibus ita expeditis, inferimus sequentia *porismata*. 1. *Non posse* Doctores *Ecclesiæ*; Pro*fessores* Theologiæ, *citra grande peccatum negligi, multò minùs necessariis, quá victum, & habitaculum defraudari, destitui, ac privari*, sive *á* Magistratu, qui tenetur esse ex Dei mandato *nutricius* Ecclesiæ, *ejusq;* Ministrorum *omnium*: *sive in defectu curæ* Magistratus *erga puriorem religionem, á tota* Ecclesiâ; ex cujus *communi bono*, & *salute vigilant*, & *serviunt*. In quam sententiam emphatica legi possunt verba *Illustrißimi* quondam

Ducis nostri, p. m. tractat. von der Bischöfflichen Wahl titul. von Einkünfft der Kirchen etc. Eß ist beydes natürlich/ vnd Gottes Gericht selber/ das ein jeder getreuer Arbeiter seines Lohns werth ist Luc. 10. vnd so gar ein nötig stück in der Kirchen/ das Prediger/ vnd Schuldiener wol vnterhalten werden/ das auch Paulus saget: hie dörffe niemandts gedencken/ das sich Gott werde lassen spotten/ vnd äffen: sondern es sey ernst Gal. 6. also/ das es eine gewisse anzeigung ist: wer nicht hülfft/ damit Pfarhern/ vnd Schuldiener erhalten werden/ der helt vom Predigambt/ vnnd GOttes Wort nichts/ darumb hat er keine Gottesfurcht/ noch Liebe/ ware Busse vnd Glauben/ darumb auch keine Seeligkeit.

2. *Magistratum impietatis, & sacrilegii crimen incurrere, quoties Ministros Ecclesiæ, sive præcones; sive Professores verbi Dei, sedibus, vel ædibus usibus sacris destinatis, quocunq; prætextu excutit, easdemq; ad se rapiendo in profanos usus convertit.*

Impie-

Impietatis quidem; (1.) quia hoc pacto *violat jus divinum* prohibens inferre Unctis Domini, h. e. Ministris verbi Dei, *ullam injuriam, aut nocumentum* Psal. 105. v. 15. *nolite tangere unctos meos, & Prophetis meis nolite nocere.* Zach. 2. v. 12. qui *vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Qui vos spernit, me spernit,* Luc. 10. v. 16. Matth. 25. v. 40. *Quicquid uni ex istorum minimis fecistis, mihi fecistis.* Jam verò excussio ex habitaculo Ministri verbi Dei, est plusquam simplex *injuria*, aut *contemtus* ab auctoribus redundans ad ipsum Deum.

(2.) Quia pugnat cum *gloriâ* Dei, & publico *spirituali bono*: Hoc enim pacto utrumq; impeditur; dum extrusis vel excussis cum *circumvagationibus, & curis* extraneis confligandum est necessariò; postponenda verò propriæ vocationis munia, adeoq; sæpè cum Propheta ingemiscendum: *Non amplius loquar ad vos in nomine domini; sed derelinquam populum meum* Jer. c. 9. v. 2. c. 20. v. . 9.

(3.) Quia cum *maledictione*, & *blasphemiâ* nominis divini conjunctum est ejusmodi attentatum, præsertim apud *infideles*: qui ex actionibus ejusmodi externis, & conditione, vel sorte Ministrorum verbi Dei asperâ, cultum sincerum contemnunt, & odio in veram religionem inflammantur.

(4.) Quia *deturpat Ordinem divinum Ministerii*: Nam qui *duplici honore* digni æstimari

 debent

debent ex Dei jussu; hi jam ex *certâ sede deturbati* viliores evadunt quibusvis *paganis præcentoribus, ludimagistris, aut Diaconis*; in eminentiori gradu enim alioquin constituti; exq; communi bono Ecclesiæ vigilantes, & laborantes; hoc *beneficio iniquè privantur*, quo illi vel *infimi* gaudent.

(5.) Quia *partes pietatis*, quas jus divinum à Magistratu flagitat, *in impias* commutat. 1. incumbit Magistratui ex officio *aperire portas Domino Psal. 24. 7.* adeoq; eum cum suis Legatis honorificè excipere: jam verò attentatis ejusmodi portas Magistratus Domino non aperit; sed præcludit; & *præcludendo eas domino, & legatis* ejus; aperit longè *lateq;* Diabolo, *ejusq;* Angelis, vel legatis. *Fit itaq; Hospes Diaboli, qui noluit esse susceptor Domini*. 2. officium Magistratui incumbit *custodiendæ fidei, ejusq; protegendæ, & promovendæ*: non promovet autem, nec protegit veram religionem ac fidem ejusmodi attentatis: quoties *assertores & propagatores* Orthodoxæ religionis hunc in modum excipit, & tractat; sed potiùs *supprimit* premendo Professores veritatis. 3. Magistratus debet esse *Dei vicarius* Rom. 13. v. 4. ac proinde *tenetur ex officio*, *Dei loco*, bonis benè, & malis malè velle; tenetur mandata & jussa supremi Domini fideliter exequi: *duplici honore Christi ministros afficiendo; præmia debita eis largiendo; de necessariis providendo;* & maxim

maximè præcavendo, *ne de domo in domum migrent*, sicq; incertis sedibus errent Luc. 10. v. 7. *nec cum gemitu officium suum faciant*, Hebr. 13. 17. Ergò aliis meritum benè de mortalibus esse, Hoc est, esse Deum, veteri si credimus Ævo: *Mantuanus*. 4. Ad Magistratum spectat, ædificationem *Ecclesiæ promovere* per organa divina: E. his non debet *ægrè facere*, eorumque munia officii hoc pacto impediendo; simul bonum publicum impedire; sed jure de omnibus necessariis prospicere, id quod est osculari filium Dei *Psal*. 2. v. 12. 5. Magistratus tenetur esse *Nutricius Ecclesiæ*, Esa. 49. 23. debet ergò adminicula sustentationis subministrare iis, quicunq; pro salute, & bono Ecclesiæ vigilant, & laborant: Desinit verò esse nutricius Ecclesiæ *subtrahendo, & excutiendo necessaria ad sustentationem fidelium Ecclesiæ Doctorum pertinentia*. 6. debet Deum in *judicio stantem timere* ex Psal. 82. v. 1. Ergò neminem debet ex ordine sacro injuriâ, vel damno aliquo afficere, cui ex officio debet *favorem, promotionem defensionem, ac patrocinium*.

Sacrilegii verò, idq; ex mente, & judicio B. Lutheri *in Colloq. mensal. ubi* verba ita habent **Fürnemlich aber ist die Sünde/ vnd das Gericht derer/ so die Kirchen berauben/ vnd die Geistlichen Güter zu sich reissen / schwer/ vnd vnträglich/**

lich/ die Gott ernstlich straffen wirdt. Wie auff dem Lande der Adel / vnd die Scharhansen in Stådten / die gewaltigen geschlechte etc. gemeiniglich pflegen zuthun: dann dieselben sehen ein kleines genießlein/ vnd eine arme Partecken / vnd bettelstück an / berauben die Kirchen / da sie doch wol mehr geben/ vnd helffen solten/ nach dem Exempel jhrer Vorfahren/ welche die Kichen mildiglich / vnnd reichlich begabet vnd geehret haben. Darumb ist man schuldig frommen/ treüen Christlichen Lehrern vnnd Kirchendienern jhre besoldung zugeben: Sie ehrlich zu vnterhalten / vnnd zuversorgen. Hactenus Lutherus. Et quia ejusmodi magistratus Sacrilega Ecclesiasticorum bonorum ereptio, & ab alienatio, ut & impia tractatio, & exceptio ministrorum verbi Dei, gravissimum est peccatum coram Deo; cum is ceu justissimus Judex inultam abire ex judicio suo non sinit; quin pœnis tùm temporalibus; tùm æternis severè, utu

ser

serò puniat: prout gravissimè comminatur Esa. c. 22. v. 17. 18. 19. Siehe / der Herr wird dich wegwerffen / wie ein Starcker einen wegwirfft / vnd wird dich vmbtreiben / wie eine Kugel auff weitem Lande: vnnd Ich wil dich von deinem Stande stürtzen / vnnd von deinem Ambt will Ich dich setzen. *Et cap. 33. v. 1.* wehe dir du verstörer / meinestu / du werdest nicht verstöret werden? vnd du verachter / meinstu / mann werde dich nicht verachten? wenn du das verstören vollendet hast / so wirstu auch verstöret werden wenn du des verachtens ein ende gemacht hast / so wird mann dich wieder verachten. *Sic Job. c. 20. v. 15.* Die Güter / die er verschlungen hat / muß er wieder ausspeyen / vnd Gott wird sie aus seinem Bauch stossen. *v. 19.* denn Er hat vnterdruck / vnd verlassen den Armen / Er hat Heuser zu sich gerissen / die Er nicht erbawet

hat.

hat. v. 21. Darumb wird sein gut Leben keinen bestand haben. v. 22. wenn er gleich die fülle / vnnd gnug hat / wird jhm doch angst werden / Allerhand mühe wird vber jhn kommen. *lege* v. 23. 24. 25. 26. Eß ist kein finsternis da / die jhn verdecken möchte: Eß wird jhn Fewr verzehren / das nicht auffgeblasen ist / vnd wer vbrig ist in seiner hütten / dem wirds vbel gehen. *cap.* 24. v. 2. Sie treiben die Grentzen zurück / Sie rauben die herde / vnd weiden sie. v. 4. die Armen müssen jhnen weichen vnd die dürfftigen im Lande müssen sich verkriechen. Was gilts / jhr wesen wird verschwinden / vnd jhr vbriges das Fewr vorzehren? *c.* 22. v. 20. Sie sind eine kleine zeit erhoben, vnd werden zu nicht / vnd vnterdrückt vnd gantz vnd gar außgetilget werden / vnd wie die erste blühet an den Ehren werden sie abgeschlagen wer-

den c. 24. v. 24. das ist der Lohn eines Gottlosen Menschen bey Gott vnd das Erbe der Tyrannen / das sie von dem Allmächtigen nehmen werden. c. 27. v. 13. legatur vers. 14. 15. 16. usq; ad finem confer. Zach. 2. v. 12. 13. *Ac si incendia, pestes, bella*, & alia id genus mala Deus vel maximè ideò immittit totis regionibus, quod Ministros suos malè excipiant, persequantur, & turpiter excutiant; uti exemplo *Chrysostomi* comprobat Wigand. *tractat. de persecut. p.* 74. quis mirabitur, similibus calamitatibus tot provincias hodieq; divexari, & affligi ob similia delicta?

Caveat proinde pius Magistratus (verba sunt Dn. Gerhardi tom. 6. Loc. de Magistrat. p. 842.) *ne Ecclesiastica bona ad se rapiendo, & Sacris dicata in privatos usus convertendo, grandi Sacrilegio sese obstringat.* Vultur ex altari carnes, & carbones surreptos nido inferens, & nidum, & pullos exussit: Sic Harpiæ ac Vultures illi, qui *bona Ecclesiastica per vim rapiunt, eadem non commodo, sed exitio sibi fore experiuntur.* (Vide locum, ex quo hæc desumta sunt, in Tischreden *Lutheri, sub titulo:* von der Welt / vnd jhrer art / ubi fabula introducitur de amicitia inter Vulpem & Aquilam contractâ, his verbis: Eß war einmahl

ein

ein Adler / der machte freündschafft mit einem Fuchß/Alß nun der Fuchs sich aller freündschafft zu dem Adler versahe/ da hatte er seine jungen vnter dem Baum/ darauff der Adler seine jungen Adler hatte. Aber die freündschafft weret nicht lang: denn alßbald der Adler seinen jungen nit hatte Essen zubringen / vnnd der Fuchß nicht bey seinen jungen war/ da flohe der Adler herunter / vnnd nahm dem Fuchß seine jungen / vnd führet sie in sein Nest / vnd ließ sie die jungen Adler fressen. Da nun der Fuchs wieder kam / sahe er/ das seine jungen hinweg genommen waren/klagts derohalben dem höhesten Gott/ das Er das *jus violatæ amicitiæ* rechen/vnd diese *injuriam* straffen wolte. Nicht lang darnach / da der Adler wiederumb seinen jungen nichts zu essen zugeben hatte/ sahe er das mann an einem ort im Felde

dem

dem *Jovi sacrificirte*. Derohalben flohe Er dahin/vnd nam flugs einen Braten vom Altar hinweg/ vnnd brachte denselbigen den jungen Adlern ins Nest. Eß war aber am Braten eine glüende Kohle behengen blieben: Dieselbige/ alß sie ins Nest gefallen war/zündet sie das Nest an/ vnd alß die jungen Adler nicht fliegen konten/ da verbranten sie mit dem Nest.)

Prædones illi (subdit ibid. Dn. Gerhard.) *bonorum Ecclesiasticorum rectè conferuntur Militibus, qui Christo vestimenta detraxerunt, quæ pia filiorum beneficentia ipsi dederat*: Sic bona Ecclesiæ à piis Majoribus collata illi *in privatos usus convertunt, & Christum in membris suis nudum relinquunt*, planè juxta illud Jobi c. 24. v. 7. Die Nacketen lassen Sie liegen/ vnd lassen jhnen keine Decke im Frost/ den sie die Kleider genommen haben. Das sie sich müssen zu den Felsen halten/ wenn ein PlatzRegen von Bergen auff Sie geusset/ weil

sie sonst keinen Trost haben. Manet verò insuper *Harpias* ejusmodi illud præmium quale Christus in membris ac Ministris suis malè exceptus, & tractatus omnibus maledictis retribuet, eos in censorio illo die, sic allocuturus: Ite *maledicti in ignem æternum, qui paratus est* Diabolo, & Angelis ejus: nudus eram, & non operuistis mei. *Hospes eram, & non recepistis me hospitio* (vel non collegistis me) Amen dico vobis, quatenus non fecistis *uni de minimis his, nec mihi fecistis*; Et ibunt hi in supplicium æternum, Matth. 25. v. 41. 43. 45. 46. Hinc Poëta:

Ad tristes rapient tales pia Numina pœnas
Harpyas, spolians nam spoliandus erit.

Concludimus igitur cum Dn. *Morlino*: Du bist/ wer du wilt/ der du der Kirchen güter zu dir gerissen hast/ viel/ oder wenig/ heimlich/ oder offentlich/ so hastu die schwere last auf deiner Seele/ vnd Gewissen/ dafür du an Gottes jüngstem Gericht solt vnd must antwort geben. Ubi nullus in judicio Dei consistere poterit Politicorum prætextus, sub quo jus suum defendere satagunt, ac simplicioribus palpum obtrudere allaborant. Quàm enim evanida, &

lubric

lubrica sint eorum argumenta, videre est in *Pastorali Lutheri*, ubi etiam discussa legi poterunt in *Appendice* **von KirchenGütern/ vnd Allmosen etc.** *Membro 8. p.* 440. sequ. usq; ad finem, nec digna, quæ heîc recenseantur: Et ultimus ille censorius dies, ad quem omnes ordinem sacrum prementes, & deturpantes, ac quoquo modo dehonestantes; *peremtoriè* citantur, à quo ad aliud appellare judicium, vel declinare forum, nefas erit; suo tempore vanitatem eorum manifestabit.

Tertiò *provisio de sustentatione. 1. emeritorum*, verbi Dei *ministrorum: 2.* aut *morbo aliquo* correptorum. 3. *viduarum, & liberorum*, post fata *derelictorum* ab Ecclesiæ Ministris. Quoad *prius* non permittit jus divinum, talem rependere emeritis gratiam Ministris Ecclesiæ, vel Theologis, qualem retribuunt *aulæ suis aulicis*; sed certâ lege cavit senio confectis molestias non esse creandas; sed potiùs rude donari eos præcepit. *Num. 8. v.* 24. 25. Ita B. *Augustinus* senio confectus rude fuit donatus: postulato sibi Successore *Evadio*. Quoad *secundum* æquè cura Ecclesiæ incumbit, ut benè provideat Ministris Ecclesiæ morbo affectis, & correptis: sanctorum necessitati communicando. *Rom. 12. v.* 13. *c.* 15. *v.* 26. 1. *Cor.* 16. *v.* 1. (2.) & ejusdem est sentire incommodum, cujus erat sentire ab aliquo commodum (3.) *jus* ἀντιπελαργεῖν idem exigit, uti à filiis carnis,

erga parentes corporales; ita à filiis Spiritus erga patres suos spirituales, à quibus per Evangelium geniti sunt 1. *Cor.* 4. *v.* 15. *Gal.* 4. *vers.* 19.

Quoad *tertium*, *viduis* & orphanis, orbis Pastorum suorum ac Theologorum prospicere tenetur Ecclesia 1. ratione *honestæ* sustentationis. 2. ratione *habitaculi honesti*: Quali quidem beneficio gaudent viduę & orphani Pastorum in Germaniâ; Sic in *Electoratu Saxoniæ* certæ ædes, certaq; stipendia viduis defunctorum Ecclesiæ Ministrorum sunt destinata: Nostri quoq; *Constitutio Principis* idem imperat laudabiliter tractat. **Von der Bischöfflichen Wahl.** *titul.* **von den alten/ verlebten Pfarhern/ oder jhren nachgelassenen Witwen.** *Vbi inter cætera sic loquitur*: **Pfarhern lassen gemeiniglich nichts/ dan ein hauffen Kinder/ vnd Waisen: weren sie handwercksleute gewesen/ so hetten sie ja etwas können für die handbringen. Nun haben sie vmb der Armen Kirchen willen/ derselbigen zudienen/ jhrer Weiber vnd Kinder vergessen/ Sol nun die Kirche**

diese

diese lassen: wo ists doch für Gott jmmermehr zuverantworten?

Ast Constitutionis etiam hæc sanctissima Lex; sicuti aliæ ferè omnes pientissimi Ducis illius; *nefariè pedibus conculcantur*; dum viduæ post fata maritorum suorum ædibus parochialibus *plerumq;* in *incertum* extruduntur; *plerumq;* in *casas* pauperrimas ablegantur; *multæ* coguntur *Hortulanorum* tuguriola incolere in pagis; huc illuc *incertis* sedibus errare; *plurimæ* deseruntur undiquaq; *manibus* suis victum parare, indumenta *lavando*, *consarciendo*, & id genus alia *sordida* exercendo coguntur. Hæc verònè est gratitudo erga legatorum Dei, & patrum spiritualium manes beatas? hæcne reverentia? hæcne ἀντἀπόδοσις? Deus, qui se irrideri non patitur, ultricibus modis despectum huncce certò vindicabit longè severiùs suo tempore! Jamq; multivariis calamitatibus vindicat.

III. Quod præmii loco ab Ecclesia, Ministris verbi Dei debetur, est *immunitas ab omni onere civili, & politico*: ut sunt 1. *census*, *vectigalia*, *annui reditus*; quò etiam spectat *immunitas* ab omni opere rustico, Principi præstando: exemplo 1. *Sacerdotum ac Levitarum* sub Artaxerxe 1. *Esdr. c. 7. v.* 24. 2. *Sacerdotum* in Ægypto, quorum terra mansit libera à tributo quintæ partis, Gen. 47. v. 22. 24.

II. *Exemtio à foro politico*, quoad Decisionem caussarum 1. *Ministerialium*, quà casus *fidei* seu controversiarum de religionis negotio: quà casus *morales*, ratione *disciplinæ Ecclesiasticæ*; quà casus *matrimoniales*. Omnes hæ, & id genus aliæ caussæ, non politicum; sed spirituale agnoscunt forum. 2. Quoad *cognitionem*, & *dijudicationem* caussarum *civilium*, *personalium actionum*, nec non *criminalium*: Omnes n. primitùs non ad *politicum*, *sed Ecclesiasticum* forum *jure spectabant*, quoad *primam Instantiam*: Illæ quidem, civiles scilicet. certis limitibus restrictæ & determinatæ, *sine sumtu & literis, sive scripturâ maturè fieri injunctæ*: quò pertinet *Episcopalis audientia tot.tit.C. de Episc. audient. Novell. de Episcop. judic. & Novell. 86. & 97.* Hæc verò, quoad *criminalia* (tàm *Ecclesiastica*, quàm *Politica*) primùm ad forum Ecclesiasticum devolvi olim consueverunt; adeò ut *Clericus* non potuerit pænâ civili affici, *nisi à judicio Ecclesiastico esset exautoratus.*

Talem *immunitatem* hodieque adhuc in *Germania*, & *alibi* vigere laudabiliter praxis attestatur quotidiana, nec non *constitutiones*, vel *agendæ Ecclesiasticæ.* Sic in *Saxonico Electoratu* obtinere ejusmodi immunitatem testatur Dn. Baldvin. *in tractat. de Minister. cap.* 19. p. 203. ac deducit ex *concessione Constantini Magni* apud *Nicephor. lib.* 8. *Hist. Eccles. c.* 16. Addit postmodùm: *Et in constitutione Electorali Ecclesiarum*

clesiarum hujus regionis, & rationibus, & decretis Sapientißimi Electoris Augusti p. m. hæ immunitates Pastorum muniuntur; quod beneficium Pastoribus instar Thesauri esse debebat: Sed invenias Ecclesiæ vastatores potiùs, quàm Pastores, qui hoc in genere in seipsos, & ordinem suum sunt injurii, dùm coram Nobilibus causam suam agere malunt, quàm coram Inspectore, vel Consistorio. Quod vel ex turpi inscitiâ est, dùm jus Patronatus à jurisdictione non discernunt; vel ex adulatoriâ malitiâ, dum Nobilibus hoc modo palpum faciunt, ne offa ipsis pereat, quia ventrem magis curant, quàm conscientiam. Adulatores autem illi, si non sibi, successoribus tamen suis, & toti ordini Ecclesiastico parcere debebant, ne quod magnâ pietate, justißimisq; de caußis, à patientißimo, ac sapientißimo Magistratu liberaliter concessum; ipsi propter privatum aliquod in sæpe numerò dubium lucellum magno cum crimine ingrati animi abjiciant. Et ne quispiam hanc immunitatem me in sensum alienum de criminalibus caussis detorsisse suspicari necessum habeat; ex abundanti vivam hujus rei praxin commemorare lubet ex literis Dn. Meisneri 12. Maii Anni currentis 1625. huc exaratis; ubi inter alia sic scribit: Quod concernit dubium de potestate Ecclesiasticâ Consistoriali, extenditur ea apud nos etiam ad cognitionem caussarum Criminalium: sicuti nuper habuimus caussam de Pastore adulterii accusato: ubi cognitio caussæ ad nostrum Consistorium fuit devoluta,

caussaq; cognitâ, & actrice deficiente in probatione, ipse á nobis absolutus fuit. Nec dubium est, quin eadem praxis alibi etiam obtineat, in Ecclesiæ nimirùm statu benè constituto. Similis etiam hocce in ducatu frequentatę olim apparent praxeos haud obscura vestigia, ex constitutione pientissimi quondam Principis nostri in tractat. von der Bischöfflichen Wahl titul. de *Iurisdictiône, Inspectione, & Visitatione Ecclesiarum*, item: von Enturlaubung der Pfarhern ac imprimis ex Apologiâ D. *Aurifabri* ad status Borussiæ contra *Benedict. Morgenstern.* 18. Decemb. A. 1566. circa articul. 4. sub finem: in quo scripto disertè fatetur: Pastores ob *delicta criminalia* non ad aliud, nisi *Ecclesiasticum* forum, & judicium pertractos, & cognitâ caussa, pro ratione delicti punitos fuisse: verba sic habent: Daß Jch aber auch sonst anderen Vrsachen halben etliche Pfarherrn im Gefängnuß gehabt/ bin Jch nicht in abred: hat mir auch von Amptswegen neben dem *Consistorio* nicht anders gebühren wollen. Wo es aber von meiner Obergkeit begehret wird/ will Jch glaubwürdig mit den *protocolen* vnd acten berichten/ vnd darthun/ daß keine gewalt geschehen/ Sondern daß Sie von wegen jhrer Laster, vnd

vnd vbertrettung / auch sonderlich vmb Zauberey / Ehebruchs / Balgens / vnd Schlagens / vñ dergleichen anderen mißhandlung willen sind gestrafft worden. Quod verò hodiè in desuetudinem abierit, adeoq; à judicio Ecclesiastico ad *Magistratum Politicum* cujusvis loci devoluta sit, juxta *cautelam Iuris Prutenici Municipalis*: ita quidem, ut sine *præviâ caussæ cognitione*, & (quoad primam *Instantiam* à foro *Ecclesiastico*) *dijudicatione*, Ministri Ecclesiæ *à Politicis*, vel ad *carceres*, vel ad *graviora supplicia*, vel ad *Iudicem alium* quemlibet mundanum trahantur; rigidam redolet inhumanitatem, ordiniq; Ecclesiastico turpes illinit maculas; contra omne fas & jus: quale quidem â nostrate Ministerio universo brevi defensum iri bono cum Deo, speramus: Quapropter lubens heîc abrumpo: nec plura addo de præmiis Theologorum, ac Ecclesiæ Ministrorum: sunt n. *pleraq;* cum hactenus enumeratis *incerta*; rarò *omnia singulis* contingunt; *paucißima plurimi* consequuntur; ac loco designatorum jure *divino*, & *Naturæ*, *præmiorum*; nil nisi *ingratitudinem* mundi, *persecutiones*, varias *calamitates*, *intùs*, & *extrà* persentiscunt; adeò, ut non immeritò de Theologorum & Ecclesiæ Ministrorum hoc quidem conclamato seculo, effari fas sit, quod quidam falsè de *literatorum* præmiis præcipuè *in Borußiâ*, scriptum reliquit;

Phthisis, Calculus, & podagra

Sunt Theologorum præmia,

Quodsi alicui *hæc defuerint*; aut *Pressura* tamen & *Persecutio*; aut *paupertas*, aut *contemtus* certò non deërunt:

Contra quæ omnia,

Nulla est certior Medicina;

Quam unica PATIENTIA.

Nos ex verbo Dei addimus *æternam gloriam*; de quâ, ceu *certißimo* Theologorum *præmio* sub membri hujus Colophonem paucis restat agendum.

Triplicia verò *omnes fideles*, & *Orthodoxi Ecclesiæ Ministri, ac Theologi* in æternâ vitâ, post hasce ærumnas, præmia consequentur; ex promissione divinâ:

1. Est *Corona immarcescibilis* 2. Tim. 4. v. 6. 7. 8. 1. Pet. 5. v. 4. Apoc. 2. v. 10.

2. Sessio in throno, ac tribunali Christi, adeoq; *Prærogativa præ omnibus totius Mundi Monarchis, Imperatoribus, Regibus, Principibus, & Dynastis*: hi n. à Theologis, & Ministris Ecclesiæ judicabuntur unâ cum toto genere humano Matt. 19. v. 28. Luc. 22. v. 30. Apocal. c. 3. v. 21. c. 4. v. 2. 3. 4. c. 7.

3. *Fulgor Corporum post hanc vitam perpetuus, instar stellarum firmamenti* Dan. 12. v. 3. Apoc. 2. v. 26. 28. *Posteriora* duo hæc præmia solos Ecclesiæ sinceros Doctores, & Ministros (uti prius omnibus fidelibus ex æquo commu-

ne est

ne est 2. Tim. 4. v. 8.) concernunt. Quæ quidem expendens B. *Lutherus in comment. super Genes. c.* 45. sic scribere haud dubitat: *Qui benè præsunt, duplici honore digni sunt.* Sanè *digni sunt, sed ubi? Apud Deum; apud mundum verò gladio, cruce, inferno, aut siquid est tristius!* Was fragen wir darnach: Nos, *qui servimus ingratissimo mundo, habemus promissionem, & spem regni cælestis: Ac tanta quidem erit compensatio, ac renumeratio hujus miseriæ nostræ*, ut valdè *reprehensuri simus nosipsos, quod vel lachrymula, vel gemitus unicus nobis exciderit propter ingratitudinem hanc, & contemtum:* cur non passi sumus graviora? *dicemus:* Nunquam credidissem, tantam futuram gloriam in æternâ vitâ; *alioquin non veritus essem, multò plura perpeti:* addit porrò, ac concludit ibidem: *Valeat igitur mundus cum suis* Harpiis! *nos nostrum officium faciemus, sicut* Dei *beneficio adhuc docemus, ac sustinemus* summâ Patientiâ ingentes ærumnas, *quia omnibus modis cupimus consultum impiis, & ingratis,* & eò acquiescimus, quod scimus, Deo *placere nostra studia*, ac labores nostros. Was wir nicht können fortbringen / das mögen wir dahinden lassen.

De Mutatione Officii, Translatione, & Migratione Ministrorum Ecclesiæ.

Mutatio

Mutatio officii à nobis illa intelligitur, quæ fit per *promotionem ab inferiori ad superiorem Gradum*: quæ non modò *licita*, verùm etiam *sanctè* in Ecclesiâ observanda: sicuti olim etiam observatam fuisse suprà *circa Formam Ministerii* monuimus.

Translatio verò vocatur, & est, *quando Minister Ecclesiæ in eodem officii gradu permanens, locum solummodò mutat; vel ad ampliorem* alibi conditionem promovetur; de quâ tenendum, quod, *uti temerè non suscipienda; ita simpliciter* nec sit repudianda. Ratio illius, quia *Transmigratio, & Translatio debet sibi conjunctum habere finem triplicem* ex parte Ecclesiæ: 1. *utilitatem* 2. *necessitatem, &* 3. *ædificationem*, juxta *Canon. Caus.* 7. *Quæst.* 1. ex rescripto *Papæ Antonii ad Bethicos, & Tolemnos*: contrà verò, qui *commodi privati* caussa translationes instituebant, pœnam incurrebant, in *Edicto* illo promulgatam: *careat cathedrâ propriâ, qui ambit alienam*. Item: *Ab utrâq; expellatur*. *Hujus* verò, quia *Dominus Messis potestatem habet transferendi Ministros suos ab una Ecclesiâ, ad aliam*. vide Gerhard. *L. de Minister. p.* 278. *s.* 15. §. 171. Consule etiam die Bischöffliche Wahl/ *titulo*: von vorsetzung der Pfarherren. Quod insuper translatio ex inferiori officio ad sublimius, prævioexamine novo fieri debeat, suprà monuimus: idq; ipsum ceu religiosissi-

giosissimè observandum, iterum atq; iterum heîc inculcamus.

Circa hoc membrum *Quæstio incidit: Utrum Ministro Ecclesiæ, tempore Pestis liceat fugâ vitæ suæ consulere, adeoq; ab Auditoribus alia in loca migrare, donec calamitas præterierit?* ℞. *Negando* (1.) *ob periculum* animabus auditorum imminens: quod Minister Ecclesiæ, quantum in se est, avertere ex officio tenetur: (2.) ob Dei *institutionem*, Hebr. 13. v. 17. sic debet vigilare, ut Deo cogatur pro animabus rationem reddere (3.) *ob exemplum* Aaronis. Num. 16. v. 48. & Esa. c. 38. v. 21. (4.) ob divini præsidii *promißionem* Psal. 91. v. 7. Matth. 10. v. 30. Hebr. 13. v. 5. *Quibusdam* in locis convenire solet inter Ministros Ecclesiæ, quo *uni* vel *alteri* officium invisendi ægrotos committatur; cæteri verò hoc onere prorsus sublevantur. *Plerumq;* etiam Ecclesia sponte ad alia loca salubriora *Pastorem* suum ex usu futuro ablegare, & sic ab injuriâ luis sartum tectum conservare assuevit. Id quod etiam de *periculo obsidionis*, aut *persecutionis singularis* (ubi Ministri præcipuè persona quæritur) tenendum. Consule de his, & similibus judicium Dn. *Luther.* Tom. 3. p. 430. *Gerhardi d. l. p.* 469. *sequ.* Tarnov. &c.

De Remotione.

Remotio ab officio Ministrorum corre-

spondet

spondet *diminutioni* capitis apud *Politicos*, tùm *Majori*; tùm *Minori*.

Nam pro varietate delictorum variat- quoq; *pœna* ministris debita. *Delicta* verò ejusmodi impingunt vel *in fidem* orthodoxam, vel *in bonos mores*. Ob illa dicuntur vel *Schismatici*, si circa fidem; vel *Hæretici*, si in *ipsum fidei fundamentum directè impingant*: Ubi igitur post unam atq; alteram admonitionem Minister vel *in Schismate*, vel in *hæresi* contumaciter persistere voluerit: *Remotione mulctandus erit*. Ob *delicta* cum bonis *moribus* pugnantia, eaq; *notoria*; identidem reus deprehensus aliquis *Minister Ecclesiæ in officio tolerari non debet* 2. Cor. 6. v. 3. Cæterùm ejusmodi delicta alia sunt *mitiora*, ut *civilia*; quædam verò *Capitalia*, vel *criminalia* καθ' ἐξοχήν. *Illius* generis sunt *jurgia, discordiæ, percußiones, ebriositas, aleatoria, cauponaria, usuraria* &c. ob quæ omnia Remotio fuit decreta in aliquot vetustis *Canonibus*: vide Dn. *Baldvin. de Minister.* p. 306. *Capitalia* verò sunt, ut *criminalia*, v. g. *blasphemia, Maleficium* (utut hæc non referantur inter capitalia ab omnibus) *homicidium, adulterium, latrocinia, sacrilegia &c.* quæ non *solùm remotionem*, verùm etiam *vitæ privationem merentur*, ceu capitis diminutionem *maximam*. Hinc nonnulli constituunt *tria* Ministrorum genera 1. *dolosum*, h. e. *hæreticum*, ideoq; *anathemate* percutiendum Gal. 1. v. 8. c. 5. v. 12. 2. Johan. v. 10. 2.

onero-

onerosum, criminibus pollutum, etiam *removendum*, ne nomen Dei inter gentes blasphemetur: 3. *morosum*, levioribus nævis obnoxium, & hoc est *tolerandum*.

Canones. I. *Remotio Ministrorum Ecclesiæ debet esse legitima*, h. e. caussis prægnantibus, urgentibus, & sufficientibus stipata: quales jam enumeratæ sunt.

II. *Remotio debet fieri à totâ Ecclesiâ*, cujus n. est vocare, ejusdem etiam est removere Ministros Ecclesiæ. Et, quod *omnes tangit*, *ab unius vel alterius arbitrio pendere nequit*. Uti igitur *vocandi, ita removendi Ministros Ecclesiæ ratio non pertinet ad Regalia Magistratus*; *sed toti Ecclesiæ competit*. Ubi multa fiunt de *facto* à Magistratu, quæ sanè defendi in *foro poli* non possunt.

III. *Initium remotionis faciendum est à foro competente*. Forum competens Ministerium non habet, nisi apud *Episcopum*, vel *hujus vices tenens Consistorium*: proinde cognitio caussæ cujuslibet, sive *civilis*, sive *criminalis*, quoad *primam instantiam* jure ad *Episcopum*, vel *Consistorium* spectat; sine cujus *probatione*, & *examine* nil adversus Ministrum Ecclesiæ accusatum attentandum. Imò Clericus insuper damnatus, non est pœnâ afficiendus, vel mulctandus ob culpam criminalem, antequàm *exauctoretur* ab Episcopo, vel presbyterio Episcopi vices tenente; uti ex suprà dictis planum

num est: Et idipsum planè sibi vult *Constitutio nostri Principis p. m.* **von der Bischöfflichen Wahl** *titul.* **von Enturlaubung der Prediger.**

IV. *Illegitimè remoto licitus est ad officium reditus.* Exemplo *Athanasii*, instinctu *Arianorum* in exilium abacti; postmodùm verò honorificè restituti; *Chrysostomi*, Episcopi Constantinopolitani, ab *Arcadio Imperatore*, instigante *Eudoxiâ* ipsius Conjuge, etiam in exilium aliquoties profligati, apud *Sozom. lib. 8. Hist. Eccles. c. 26. Theodor. lib. 5. c. 34.* & restituti. Ita prædecessorum nostrorum memoriâ injustè *Dn. Morlinus* Prussiâ expulsus Anno 1553. honorificè postea restitutus fuit: Anno 1568. idem accidit *Wigando, & Cælestino*, *ex Academiâ Ienensi excußis*, post verò *à Iohanne Guilhelmo Saxoniæ Duce* restitutis; ut ut post ipsius fata aliâ tempestate denuò excuterentur: referente *Wigando* ipsomet, *libell. de persecut. p.* 105. Sic *Theologi Haßiaci*, lumina illa Ecclesiarum Lutheranarum *Dn. Winckelmannus*, & *Dn. Mentzerus* Anno 1605. 22. Julii ex *Academia Marpurgensi* excussi, *Gissam* secesserunt; jam verò cum honore pristinis suis officiis ab *Illustrißimo Landgravio Ludovico* benignè restituti sunt non ita pridem: in quibus, ut ex bono publico *Nestoreos superare dies, & tempora pergant*; ex animo devotè precamur. Idem cautum

tum peculiari titulo extat in Constitut. alleg. titulo indicato **von der Bischöfflichen Wahl.**

IV. De Erroribus vetustis.

I. *Pepuzianorum* (qui aliàs Cataphryges dicti) qui tantùm tribuebant mulieribus principatum, ut *Sacerdatio* quoq; apud eos honoratæ essent. Hinc etiam *Diaconissæ* vocantur apud August. *Hæres. c.* 27. Epiphan. *hæres.* 79. Origo erroris erat fictitia *Christi apparitio* in forma, vel *specie muliebri*, quæ *Quintillæ*, & *Priscillæ* in Pepuziâ civitate desertâ contigisset. Idem de *Collyridianis* refert Epiphan. *hæres.* 19. & 79. ut & de *Quintilianis* Hæres. 49. quod mulieres ad Episcopatum, aut ad Presbyteratum assumere soliti fuerint in gratiam *Evæ*. Hinc sicuti *viri* ordinabant viros *presbyteros*, ac *Diaconos*; ita *fæminæ* ordinabant *Diaconissas*.

II. *Manichæorum*, hominem non per *ministerium verbi*, & Sacramentorum; sed per *certa ciborum genera*, quibus admixta sit divina substantia, ac per certa exercitia à peccatis purgari.

III. *Maßilianorum*, vel *Enthusiastarum*; raptus divinos citra ministerium expectantium, & somnia sua pro prophetiis venditantium, apud Niceph. *lib.* 11. *c.* 14. *Histor.* Tripart. *l.* 7. *c.* 11.

IV. *Donatistarum* efficaciam ministerio denegantium, si fuisset vitæ *culpabilis*.

I. *Pontificiorum* heîc multipliciter impingentium 1. circa *appellationem*: nomen n. *Clericorum* soli Ordini Spirituali competere contendunt. Bellarm. *lib.* 1. *de Cleric. c.* 1. contra 1. Pet. 5. 3. Confer *Tit.* 2. *v.* 14. *Col.* 1. *v.* 12. *Eph.* 1. *v.* 11. 2. circa *Efficientem*: 1. jus vocationis *ad solum Clerum restringendo*. Bellarm. *ibid. c.* 3. præsertim ad *Episcopos*, & Papam *Romanum*, ibid. c. 4. nequaquam verò ad *Magistratum, & plebem* extendendo, *ibid. c.* 7. contra probationem nostram de vocatione.

2. *Ordinationem* (unà cum unctione, manuum impositione, & insufflatione) esse jure divino necessariam, instar *Sacramenti*, nonnisi solis *Episcopis* competentem de jure: 3. *imprimere Characterem indelebilem*: 4. conferre *gratiam gratum facientem*, quâ possint ordinati ritè munere suo fungi. *Concil. Trident. sess.* 7.

Deinde, Circa Formam: 1. Ordinem in Ecclesia, præsertim inter Ecclesiæ ministros esse definitum *in Sacris* certo numero. Bellar. *lib* 1. c. 10 2. *septem* esse clericorum ordines, ibid. c. 11. c. 12. hosq; omnes Christum à diebus carnis sustinuisse, nugantur: 3. inter Episcopos, & presbyteros esse *discrimen* de *jure divino* Bell. *l.* 1. *d. l. c.* 14. Ac Episcopos esse rationi *potestatis*, digniores Sacerdotibus, Becan. *manual. l.* 1. *c.* 12. *p.* 351. habereq; *peculiaria* munia, quæ alii presbyteri non habeant, v. g. dare *Sacramentum* confirmationis 2. *ordinarie*

sec

ſeu conſecrare *miniſtros* Eccleſiæ 3. *regere Ec-cleſiam* Dei per omnes partes: 4. agere *judicia presbyterorum*; recenſente Becano *in manual. d. l. p.* 351. 5. ſuccedere in *locum Apoſtolorum*: 6. *Papam* verò *Romanum* eſſe à Chriſto in perſonâ Petri ad Pontificatum electum. Idem d. l. p. 348. Quas, & id genus alias nugas refutarunt Dn. Mentzer. *in Exegeſ. Aug. Conf. artic.* 14. *membr.* 4. Gerhard. L. *de Miniſter.* Meiſn. *tractat. de legibus, ſobr. Philoſoph. part.* 2. *&* 3. *in Scholis Academ.* D. Nic. Hunnius *de Miniſter. Luther. & in Apologia contra Lantzlotum.*

Quarto Circa *adminiſtrandi modum*: 1. Regimen Eccleſiæ eſſe *Monarchicum*, idq; ſoli Papæ Romano competere. Bellar. *de Pontif. Rom. l.* 1. *c.* 5. 9. 10. ob ſucceſſionem in *Petri* Monarchatu, *lib.* 2. *de Pontif. Rom. c.* 11. 12. Refutationem hujus opinionis erroneæ vide apud prædictos Auctores, quibus adde Wink. *de Pontif. Rom. c.* 4. *Quæſt.* 4. *p.* 27. *ſequ.* 2. Perſonam Eccleſiaſticam poſſe *duplicem* poteſtatem adminiſtrare tùm *Spiritualem*, tùm *ſecularem*; vide refutationem apud Gerhar. L. de *Miniſt. p.* 174. §. 295. *usq; ad* 323.

Quintò Circa *Adjuncta*: 1. *Remotionem* Clericorum *á ſolis Epiſcopis* dependere; ſed falsò, patet ex ſuprà dictis. 2. *Clericis in matrimonio* vivere non licere, Becanus *manual. l.* 1. *c.* 13. contra *Marcum Anton. de Dominis* id quinque conclusionibus evincit. Vide verò refutationem *in Exam. Concil. Trid. apud Chemn. part.*

3. Gerhar. *de Minister. c. 7. Sect. poster. p. 520. §. 330.* Dudithium *in demonstratione pro Conjugio Clericorum*, ubi evincit, Sacerdotes in Regno *Poloniæ* usq; ad *Annum Christi* 1219. *uxores habuisse*, idq; ex Annalibus *ArchiEpiscoporum*, *& Episcoporum Poloniæ.* Justum Jonam *contra Fabrum.* 3. *liberos* ex thoro Ministrorum procreatos, pro *spuriis* haberi persuadent plebeculæ Pontificii: *immemores*, aut certè *ignari*, filios Clericorum vel *in simili*, vel in *eminentiori* gradu Ministerii, parentibus suis successisse. v. g. *Nazianzenus* orat 19. *patris* sui *Pastoris*; *matris* verò *Nonnæ* meminit. Item *Mantuanus in Nazianzenum:*

> *Præsule Patre satus, nam tunc id jura sinebant,*
> *Pastorale pedum gessit post funera Patris.*

Gregorius Nyssenus, & Basilius M. fratres parentem habuerunt *Episcopum*, apud Nazianz. *in vitâ Basilij M.* Sic *Apollinarius Laodicenus* filius fuit *Episcopi* apud Hieronymum *in catalogo Eccles. Script. c. 114.* Et si ex Ministrorum Ecclesiæ thoro nati pro illegitimis habendi, ac matres illorum proscortis; quæritur, *quid de Pontificibus Romanis statuendum*; *Osio*, *Bonifacio Felice, Agapeto, Theodoro*, *Sylverio*, *Deodato Felice* III. *Gelasio &c.* qui Parentibus Clericis partim *Diaconis*, partim *presbyteris* partim *Episcopis* procreati sunt, referente *Gratiano*, *Osius dict.* 56. ex Epistola *Damasi ad Hieronymum?* Erantne verò & hi spurii; matres verò eorum scorta? Concludimus itaq; cum Æneas

Sylvi

Sylvio, *l.* 2. *de Concil. Basil. circa electionem Amadæi Ducis Sabaudiæ uxorati*, ad Pontificatum, ex Patris cujusdam ore: *fuerunt*, ut scitis, *etiam in Matrimonio Pontifices, nec Petrus uxore caruit: Quid ista modò objicimus. Fortaßè non est pejus Sacerdotes, quamplures uxorari: quoniam multi salvarentur in Sacerdotio conjugato*, qui in *sterili presbyterio damnantur.*

Sextò Circa *Ministerium Lutheranum*, id pro *illegitimo* proclamando, *sed erroneè, & falsò*, uti ad oculum demonstrarunt nostrates. Dn. *Nicalaus Hunnius* solidissimè præ cæteris in *tractatu de Ministerio Lutheranorum, & in capistro Lanceloto injecto*: undè refutatio depromi poterit eorum, quæ tàm *Becanus Iesuita* magno quidem, ast irrito conatu contra Lutheranos disputat: *in Manual. lib. 1. c. 12. p. 339. sequ. usq; ad p. 366.* tùm alii *Iesuitæ* hodierni in suis cartis, vulgo piperis loco, ceu muscerdam quandam obtrudunt.

II. *Libertinorum*; 1. omnem administrationem verbi repudiantium, & ridentium 2. quemlibet Apostolorum contemtui exponentium; *Paulum* vocando *vas fractum*, Iohannem juvenem *stolidum*; *Petrum* abnegatorem Dei; *Matthæum* fœneratorem: ita de *Quintino*, & *Coppino* narrat ex Calvin. *adv. Libert. c. 9.* Dn. Gerhard. *d. l. p.* 400.

III. *Calvinianorum 1. Vocationem non esse de essentia Ministerii*, contendentium; ideoq; sese ad docendum ingerunt, & invitis obtrudunt;

 referen-

referente Dn. Chemn. *part.* 3. *Loc.* c. 4. *de Ecclesi.* Aſt, *qualis* Vocatio, *talis ſucceſſus*. Ne autem prorſus omnem reſpuere videantur vocationem; *tertium* quoddam genus comminiſcuntur, ac diſtinctum à vocatione *Mediata*, (ordinaria) & *Immediata* ſtatuunt, ſcilicet *Extraordinariam*. Vide refutationem apud Dn. *Gerhar. de Miniſter.* p. 118. 119.

2. *Ordinationem*, & Χειροθεσίαν *pleriq;* rident ex Calvinianis, ac ſingularitatis ſtudio loco ejus adhibent *porrectionem manuum* (Baſellmanus / oder die Patſchhandt) tanquam fidei, amoris, ſocietatis, & conſenſionis in doctrinâ ſymbolum. Bucan. *loco* 42. *de Miniſter.* p. 500. Quæ confuſio eſt ritus privati cum publico; Nos non vituperamus ejusmodi Χειρόδοσιν loco privato; quam ipſimet obſervare ſolemus; aſt quod hæc loco manuum impoſitionis publicè adhibeatur; non ſine deformatione praxeos Apoſtolicæ id fieri vituperamus.

3. *Fanatiſmum* ſpirant quidam Calviniani! *Ordinem* inter Miniſtros Eccleſiæ tollendo, ac Confuſionem introducendo. Hinc tamen excipimus *Anglo. Calvinianos*, qui non modò gradus in Eccleſiaſticis retinent; ſed etiam nec ſatis jure divino adſtruunt: ut videre eſt apud *Saraviam*; cui ſeſe Beza cum *Hugonotis & Puritanis* oppoſuit. 2. *Honores*, ac titulos contemnendo, & exagitando: 3. *Habitu* politico & potiùs ad forum, ac theatrum, quàm ad

ſuggeſtum

ſuggeſtum compoſito, incedendo: vix Miniſtri Calviniani â reliqua plebejorum turbâ dignoſcuntur, induti *curtis palliis*, *rubris plerumq; tibialiis*, & relìquos inceſſus ordinem ſacrum deturpantes adhibent.

4. Nefariè *ſeparant actionem miniſtri externam ab internâ, illa* duntaxat in *ſignificatione* efficaciæ divinæ, & *cohoneſtatione* coram hominibus conſiſtere ſine collatione aliquâ reali effectuum ſupernaturalium ſtatuendo: & ad ſolam occultam operationem (quæ ceu *interna*, illâ externâ ſignificetur) reſtringendo. Ita Zwinglius *lib. contra Straßium*: Res *Externæ internum hominem aliquâ in re juvare, vel fidem augere non poſſunt.* Calvinus *lib.* 4. *Inſtit. c.* 14. §. 17. Hoc notandum eſt, inquit, *quod externâ actione figurat, ac teſtatur Miniſter, Deum intus peragere, ne ad hominem mortalem trahatur, quod Deus ſibi uni vendicat* (Scil. juxta illud 1. *Timot.* 4. *v.* 16. Hoc faciens, teipſum ſalvabis, & eos, qui te audient) Beza *part.* 1. *Colloq. Mompelg. p.* 116. Adminiſtri verbi ſuas habent *actiones diſtinctas proprias, nec ullo modo cum Spiritus S. actionibus commiſcendas, externas* videlicet. Gryn. *Diſput.* Heidelb. *Anno* 84. negat, *Miniſtros cum externis interna dona exhibere*, contra illud 1. *Cor.* 1. *v.* 21. & contra artìc. 5. *Aug. Confeſſ.* ob cujus impugnationem *Calviniani non poſſunt pro fratribus noſtris agnoſci.* Non concedendus eſt ille prætextus *Bergio*, articulum præſentem minoris eſſe controverſiæ præ reliquis, uti loquitur


quitur in wieder typosi sub finem Concionis prioris. *Contrarium* quippe testantur acta Colloquii *Marpug. Mompelg.* & alia certamina peracria, inter *nostros, & Calvinianos* habita.

5. Ministros Ecclesiæ peculiaria in futurà vitâ præ aliis habituros præmia, negat Petrus Martyr. L. C. Tom. 1. class. 3. Loc. 17. §. 8. seq. ei verò contradicit Calvin. lib. 3. Inst. c. 25. §. 10.


IV. *Schwenckfeldianorum, Weigelianorum*, hac in parte cum *Calvinianis* facientium fermè per omnia. Vide Epistolam *Schwenckfeldii* 90. Weigelii *Nosce teipsum c.* 11. **Christlich Gespräch**. Vide & refutationem apud Dn. Nic. *Hunnium Theodor. Thumm. Fewerb.* Fasciculo 6. *Disput. Giessens.* & imprimis Dn. *Heilbrunneri Calvinismo-Schwenkfeldianismum*, nuper divulgatum à *Dn. D. Cramero.*


IV. *Anabaptistarum*, 1. copiam *docendi* quibus vis in cætu permittentium; 2. imò Sacramenta administrandi potestatem *Mulieribus* concedentium: uti ex ore *Regis Angliæ* se percepisse scribit de Anabaptistis in Anglia M. *Anton. de dominis, in palinodico suo scripto*; in quorum cætu Mulier quædam priùs putata (ita enim ibi loquitur) Sacramento administrasse narrabatur.


V. *Photinianorum*, 1. *necessitatem Vocationis* impugnantium; 2. *ordines* gradunm inter ministros Ecclesiæ proscribentium; 3. *Efficaciam Ministerii* elevantium. Vide Dn. Menzer. *Exeges. Aug. Confes. artic.* 5. & 14.








Biblioteka Jagiellońska


Biblioteka Jagiellonska
stdr0012641

